


## **Оссолінські колекції.**

**CD – диск виконано в рамках угоди укладеної з квітня 2005 р. між Львівською науковою бібліотекою НАН України у Львові і Національним Закладом ім. Оссолінських у Вроцлаві.**

386.II. Commentaria de  
legatione Petropolitana a  
Ioanne Andrea  
Archettio...S. zapis.86


N<sup>o</sup> Anno. 386.





Commentaria  
De  
Legatione Petropolitana  
Joanne Andrea  
Archiepiscopo  
Archiepiscopo tum Calcedonensi  
postea S. R. E. Cardinali administrata





Commentaria  
De Legatione Petropolitana

De Legatione Petropolitana, quam Pius Sextus Pontifex maximus Archetlio mandavit, quid debeam exponere, vix mihi est antea quibus de causis suscipienda ea fuerit explicare. Nam id primum necesse est, ut quae in ea gesta sunt, lucide adpareant: tum vero si qua res Forte nova incidit, atque magna, communiter omnes partulant, epus ut modo existit, sed initia quoque demonstrantur: multa denique proferimus, quae sunt certe historia digna: jam sic itaque nascetur exordium.

Vancij ante annis, quae gentes Russorum Imperio continebantur eae a Catholica Religione omnes abhorrebant. Nam Russi quidem veteres, quos Moschos appellabamus, Schismate fuerunt Graecorum semper implicati; quae vero Provinciae Sveciae ademptae Petro I sub suam redegit potestatem, illas Lutheranorum error dudum obtinebat. Complures tamen ex diversis Europae Catholicae partibus in Russiam convenerant, eo adducti, sive arcessiti spe amplissimorum praemiorum, in praesertim, qui mercatores, quique rei militari, quique musici, quique etiam ceteris artibus operam darent. Qui fere aut Moscae commorabantur celebri Urbe, et copiosa, ac totius Russiae principe, aut Petropoli, ubi domicilium Imperii Petro I. posuit aut Puge, aut Astrakani. Coram quoque permulti in Ukraina repenebantur ea, quae Moschorum est Mancuspata. Illi praeterea opificum coloniae quae haud pridem ex Germania sunt de-

Luce



duces <sup>Ucrainorum</sup> Seraxatorum, et Amiburgum, magnam partem ex Catho-  
licis constabant.

Hi omnes ut in aucta Religione fide permanerent, et ut ejus sa-  
cra colere, ac legibus erudiri pergerent, curandum sibi iusserat  
Congregatio Propagande Fidei. Ejus rei causa Astrakanum  
quidem, et Mosuam, atque in Ucrainam Sacerdotes identidem  
mittebat ex Cappuccinorum Ordine delectos; ad alia vero que  
commemoravimus loca, ex Preformatorum Ordine Divi Francis-  
ci. Hi sane Catholici in privata sedes convocabant: ibi Deo  
supplicabatur, ibi hortationes habebantur, ibi sacrificia fiebant.  
Atque in singulis quibusque regionibus unus aliquis ceteris  
præerat, is, cui Cardinales Fidei propagande eum honorem  
detulissent, quamquam universos iidem Cardinales curæ,  
et auctoritati commendabant Nuntii Pontificis Maximi,  
qui apud Poloniz Regem esset.

Hæc quum ita se haberent, ecce tibi Catholici in Russia a  
suis Sacerdotibus desistere: Sacerdotes ipsi mutuo sibi ob-  
strectare, jamque eorum odia erumpere, et in Vulgus emanare;  
adeo ut ne qui motus fierent venita Catharina II: pene quem  
summa <sup>erat</sup> Imperii Russicæ, legem tulit; uti Catholici cujuscunque  
Provisionis, ipsi suffragii adlegerent, qui ceteris præstare sacerdo-  
tibus, eorumque magisterio fungi deberet, isque Parochus nomi-  
naretur: eadem quoque lege numerum Sacerdotum finivit, quæ  
præter nemo alius tute mitti nobis liceret.

Subsequentum est tempus illud, quo Poloniz partiendum Regnum  
fuit, quod non aliter finitimorum, aut cupiditas expleri, ac  
concordia inter ipsos stare posset. Itaque eam Russi partem  
sibi vindicarunt, cui statim Russicæ albe indidit nomen.

Viteplachi nimirum

Vitepschi nimirum, et Moilowiz Palatinatus, ac magna ex parte  
Polocię: tum Pexianghi agrum, partemque etiam <sup>Orsa</sup> ~~Orsa~~; Livoniam  
denique Poloniam. Quam regionem Catholici plerumque omnes  
involunt; quorum alii Romanorum, alii <sup>cum Romanis Catholicis sunt uniti</sup> ~~Polonum~~ ritum  
et instituta in saecris obeundis sequuntur.

Ab e nullus quidem in Prussiam albam transierat Pontifex,  
qui hominibus praesidet, qui sunt ex nostra disciplina. Hi  
enim nonnulli Vilsnensis Episcopi potestate continebantur;  
nonnulli vero Livoniensis, reliqui Smolecensis. At suus non  
deerat Pontifex, qui in ipsa alba Prussia domicilium habe-  
ret, Catholicis Praeceptorum cultoribus: Archiepiscopus scilicet  
Polocię, cui divus etiam sit census. Huic auxilio aderat  
Archiepiscopus Smolecensis, qui et ipse in alba Prussia  
degebat in Abbatia Onuphriensi; quippe qui sua carere  
Provincia cogebatur. Quum enim media Superioriestate  
Smolecium Prussi a Polonia recepissent, pulso inde Archie-  
piscopo, qui Nobilium esset conjunctus, Schismaticum ibi  
alium constituerunt. Rex autem Polonię, a quo humani-  
ter ille acceptus Abbatiam Onuphriensem impetret, nam-  
quam postea molestus ei cui Abbatiam illum diceret, Archie-  
piscopatum quoque dicere Smolecensem, ut re sua jura obji-  
jicere videretur. Erant Decanatus praeterea in Prussia alba  
duo, quos ad ditionem Archiepiscopi Catholici Livoniensis, totiusque  
ut apud nos adpellatur Prussiae Metropolitanus, pertinentes  
Archiepiscopus pariter Smolecensis, ejus nomine gubernabat.  
Catharina vero II<sup>a</sup> ejus regionis potita, Archiepiscopus unius  
Polocię, nec praeterea casuquam rationem habuit, eidemque  
ut subessent Catholici Praeceptorum partium universi edicto sta-  
tuit XVIII. Kalend. Octob. ann. 1732, quo etiam brevi futurum  
adfirmavit

adfirmavit, ut Episcopus alter ceteris Catholicis proficeretur, qui  
Sacrum a nobis ritibus, et ceremoniis accepisset. Quae in ex-  
 pectatione quum essemus, ecce tibi Stanislaus Siestrzencewicz  
 us, qui Vilnae in principem Canonicorum Collegium fuisset  
 cooptatus, ac paulo etiam ante Episcopus Malhensis creatus,  
 quo Vilnensi nempe Episcopo in provincia administranda ad-  
 jutor esset, ij inquam, Petropolim mittitur. causa mittea-  
 di fuit, quod Vilnae Episcopus, et Canonici bona, quae in  
 Prussia alba possiderent, permolesto ferebant fuisse publi-  
 cata, quod sacramentum ipsi dare Catharinae II. neglexis-  
 sent, eaque sibi reddi expostulabant.

Siestrzencewicz quum calliditate, et celeritate ingenii pre-  
 staret, epetque perditus, ac singulis fere omnibus, qui  
 rum sit in Europa usus, appime eruditus, Italica, Lati-  
 na, Gallica, Anglica, Germanica, Polona, Prussia, magnam  
 a Catharina II. ejusque Consiliarij, et administris gra-  
 tiam inivit, atque hunc inde cepit fructum, quod om-  
 nium Catholicorum nostra imbutorum disciplina, non  
 eorum modo, qui in Alba Prussia, sed reliquorum  
 etiam, qui in totius Imperii finibus versarentur, cura ei ab  
 illis est permissa: idque factum proximo anno MDCCCLXXIII,  
 datij ea de re. literis a Catharina II. ad Prussiae Abbe Praefectum).  
 Quod ubi Parampny respicit, qui modo Cardinalium Collegii  
 est hunc, ac decus, tum vero Nuntium Apostolicum Post-  
 vie agebat, vehementer obliuit: quod nec Siestrzencewicz nosceret  
 licere in aliorum Episcoporum provincias invadere imperate-  
 ria auctoritate, irritumque futurum, si quid in illis geisip-  
 set, contra videret cum potentissima Imperatrice divina  
 cationem

esse, eademque aliens Religionis, que de sententia non pateretur  
se deduci, cui quidquid collibuerit, id vellet apud omnes sanctum.

Ad demum consilii Parampius cepit Episcopos Vihensium, Sio-  
num, ac Inoleconsium, quorum sub ditione esse diximus Catholi-  
cos Prusie, Abbe nosrii Urantij instituti, cohortatus ille est =  
Nestorenecivico ut ne gravarentur suas quisque partes ea  
in provincia demandate: eorum ille, ita nomine sacri in ea,  
ac Religionis precepit: id quod iis facile persuasit.

Ipse Parampius preterea Nestorenecivico eidem alio con-  
cepit reliquos Catholicos in Prusici Imperii finibus disper-  
sos, quarum ad se cura pertinere, vicaria uti iis potestate  
moderaretur.

Quibus rebus ita compositis, Parampio Roma adferuntur  
Lithere, eodemque fasciculo subscriptum ad Nestorenecivico  
Clementij XIV. qui summum Pontificatum ea tem-  
pestate gerebat. Postquam enim renunciatum ille fuit,  
quo in discrimine Catholici versarentur Prusie ab hujus  
Pastoribus abstracti, Nestorenecivico, contra Divinas leges,  
ac majorum nostrorum Scita epi imposto, hanc unam iram  
esse eorum expediende salutis existimavit, si tantisper  
temporibus, ac necessitati cederet, justamque ipse interna  
potestatem ad Nestorenecivico deferret, quam nullis  
sane imperatorij decretis obtinere ille quivisset.

Sed Parampius e re nostra publica duxit rescriptum illud  
Nestorenecivico minime reddere: itaque colavit. Satis enim  
jam Catholicis Prusie laborantibus subventum ea ratio-  
ne fuerat, quam paulo ante exposuimus: permagni  
autem

autem intererat. Neque excuriam cupidum impenni in officio  
continere: Valde Parampius metuebat, ne brevi illo accepto  
insoleresceret, Nantiq; Apostolici auctoritatem inciperet  
asperrari, atque adeo longius, quam nos vellemus, progredi-  
retur.

Interim Parampio Vindobonam profecto Archetius succedit,  
Aprilis mense anni MDCCCLXXVI. qui statim nihil potius  
habere cepit, quam ut Prusie Catholicos, quibuscumque  
posset rebus adjuveret. Magnopere, si primum ad illorum  
salutem pertinere iudicavit. Si plures, ~~et~~ presumerentur  
Episcopi. Tante enim multitudo hominum, tam di-  
versis dissualisq; locis Egre omnino ab uno ex latibus,  
alteroque ex facie Episcopo contineri, ac regi posse vido-  
batur. Vbi vero e vita Episcopus decesserit (quod debitum  
naturę omnes dissolvere aliquando cogimur) nisi continuo  
ei submitatur, a quo nam interea miseri illi homines ea  
sacra peterent, quę solis carande Episcopos divinitus sint  
tributa? Atqui valde metuendum Archetius intelli-  
bat, ne interdum, atque adeo sepius Catholicorum con-  
sulere orbitati nos prohiberent ii, penes quos in Prussia  
sit república: genus fere hominum suspicax, divina  
omnia, atque humana in suam ditionem redigere ca-  
piens, eamque modo curam de Catholicis suscipiens,  
quam sui Imperii dignitas, majestas, ac ratio videatur  
sibi postulare; ceteram nostrę homini insensuam. Si  
qua vero forte gramma Catholicorum Episcopus quem  
fidei veni debuisset, eam deserat, magnamque sit po-  
ssit.

viculum, ne illum perfidie Ducem Catholici sequantur,  
quid magis necessarium in ultimis illis gentibus, quam  
ut Episcopus alius e propinquo possit accurrere, ad pestem,  
ac perniciem depellendam. Co sane consilio majores no-  
seri, quod ex Cypriano colligitur, tam multos in cunctis  
regionibus constituerunt Episcopos, ut si quod religioni  
nostrae vulnus eorum aliquis imponeret, presto ad sanandum  
essent ceteri.

Hec Archetius reputans, cognovit Sagramoshm Equi-  
tem Hierosolimitanum, qui Petropoli aliquamdiu sub-  
stitit, negotia uti quaedam sui Ordinis transigeret  
cum inquam, Paramphi videlicet rogatu, et impulsu,  
dedisse operam, hoc ipsum ut a Principibus Russis in-  
petraret, cui Archetius omnibus modis studendum de-  
creverat: ferociter tamen ab illis responsum, nollesse, nisi  
duos Catholicorum Episcopos, alterum ex latina, ex  
Graeca disciplina alterum, in sui Imperii finibus pati.

Haec tamen ea res animum Archetii minuit. In Sigis-  
lennio scribere instituit, ac Inogor<sup>rus</sup> Polocensi tum Ar-  
chiepiscopo, ut quo in statu res Catholicorum essent certior  
fieret, simul ut utrique, in difficillimis temporibus, impe-  
ditisque rationibus, vel opera vel consilio saltem aliquod  
adferret levamen.

Vestrenewicius omnino impugnat se in referendo, ac  
diligentem praestitit. Ejus litterarum argumenta haec fere  
erant. Primum omnium de illis est Sacerdotibus vehemen-  
ter questus, quos vulgo Missionarios appellamus. <sup>ter</sup> <sub>his</sub>

sui nullam rationem haberet, quo ipsi eumque collibitum  
 fuerit, se inconsulto demigrare; sua imperata nosse facere;  
 nec vero huius ille de rebus ex postulare unquam desistit.  
 Archetius blande eum lenire, nihilque segniter agere, ut  
 quos sacerdotes aliquos misissent Cardinales Fidei propa-  
 gande, eo illi adirent, suoque fortiter manere Jungerentur:  
 ubi tamen ejusmodi quiddam incidisset novi, de eo ut Sestr-  
 zencwicz certior fieret curabat, atque ejus ille huma-  
 nitate litherarum captus, quum se minime contemptum  
 ac despectum videret (quod antea suspicabatur), sed  
 contra perditilingenter observatum, nobiscum de communi  
 utilitate consentiebat. Illud etiam sua Archetio indis-  
 creta consequabatur, ut ne quis alius ceteris precepit sa-  
 cerdotibus, nisi cui ex decreto ditorum Cardinalium  
 is honor deberetur. Et si magni erat Archetio in dif-  
 ficultatibus res, quod ab ea ratione discedi non posset,  
 quam a Catharina II inductam demonstravimus diligendi  
 Suffragij Catholicorum, cujusque regionis, aut loci, cui  
 princeps, sacerdotes inter illorum deferende essent.  
 Frequens Sestrzenwicio erat sermo, in suis lithenis, de  
 Religionum familiarum hominibus: eorum sepe multos ga-  
 viter queri de suorum moderatorum superbia, et cru-  
 delitate, qui se immerentes supplicio adfecerint, atque  
 in eo omnes exceperint humanitatis sinef. hoc incom-  
 modum posse latius temperari, nisi quis in Russia fuerit, ad  
 quem illi adeant, eorum qui causas cognoscat, ac quibus  
 vel injuriam defendat, si qua fuerit illata, eosque  
 consulatur, et juvet, ac si in suorum auctoritate ma-  
 gistrosum

gistorum noluit esse, pro impio coerecet. Commemoravit;  
 quaedam epistola, Sierzenewicij casum ex Dominicana fa-  
 milia hominis, qui quum se opprimi a suis putaret, nec  
 ad alium haberet receptum, tantum apud eum obdormi-  
 et oracula calavit, ut ad Episcopum Mohiloviensem Schinaticum  
 profugeret, ejus fidem, operumque imploraret. Qui sane  
 minime defuit, quum ille Catholicæ Religionis palam Men-  
 tium mittere haud dubitasset.

Quæ res animum Archetio commovit, veritasque est, ne  
 illius exemplo impulsus alii plures, eodem se alligarent fe-  
 lere: et si ille quidem resipuerit, Sierzenewicij opera,  
 quem ut ejus perditæ salutis adlaboraret, Archetius hortat-  
 us maxime fuerat. Nihil tamen secus malo, quod imper-  
 deret, occurrendum esse Archetius statuit. Itaque per-  
 gravibus ad Cardinales Fidei propagandæ lutherij  
 Scriptis, in hæc illis Sententiam abduxit, ut Sierzenewicij  
 curam aliquam delictularum quoque Familiarum de-  
 mandarent, Facultatem nimirum exercendi ordinariam  
 in eas jurisdictionem: hijs enim verbis Cardinales de-  
 creverunt, ac Pius VI. Pontifex maximus jussit. Atque  
 eam illi potestatem triennio finiverunt, quod Archetius  
 suaderat, tum ut amplissimis Patribus, quorum consilio,  
 et sapientia rei Christianæ publicæ partem maxima  
 continetur, Sierzenewicij esset addictus, strictusque  
 magis, tum ut qualem se is interea prestitisset in illa  
 gerenda

gerenda potestate, conjectura inde fieret in pauperum.

At meretricale egregia aliquandiu ejus voluntas extitit in illa dignitatis, et imperii acceptione; sed proclarij principis haud reliqua consideravit. Quae res cujuscumque fuerit, exponam: controversias enim multas excitavit, in quibus magna certe opus fuit prudentia, et constantia.

De Jesuitis mentionem fecerat Viestorenvicius, suis in Epistolis, qui in Russia Alba adhuc manerent, nec vestis, nec vitae cultu mutato. Nam breve eorum dissolvende Societati conditum a Clemente XIV. Pontifice Maximo, ne presentibus illis promulgaretur voluit Catharina II.

Quis in ea lege, quae est pro Catholicis Albe Russiae lata VI. Id: Maj anni MDCC LXXIV, ubi Religiosorum familiis omnibus suum Catharina praesidium polliceretur, easdemque confirmat, suas ut vivendi rationes retineant, suis domibus, agris, fortunisque perfruantur, ne quae forte Jesuitas minime a se comprehendi suspicaretur, quos nimirum a Religiosorum familiarum numero Breve illud segregasset, eos nominatione appellat, atque Catholicorum Episcopum gravibus verbis admonet, ipsi ut diligenter custodire Javeat.

At Viestorenvicius pendere primum animi est visus, quo illos numero haberet: quod quum ex Archetio quaeisset, hic sine fuco, et ambagibus, aperte, atque adeo sepe negavit, secus agi cum illis oportere, ac cum reliquis secularibus Clericis, qui Episcoporum potestati

tastati omnino subessent. Quin paulo post a dubitare, se  
 etiam Siestrencewicz ostendit, nam illos sibi liceret sa-  
 cris initiare. Hanc vero rem Archetius quod explicata dif-  
 ficilem judicasset, ad Pallavicinum Cardinalem Prin-  
 cipem Pontificis Maximi admissum Revertit, a quo hec  
 mandata Siestrencewicz exposuit: ea homines illos con-  
 ditione sacris initiaret, ut certorum templorum essent  
 cultui addicti, ac mancipati, quo omnes intelligerent, eos  
 in Clericum modo secularem adscisci.

His litteris scriptis, de nova re a Siestrencewicz Archet-  
 tii admonetur Cernicewicum Abbe Prusie Prefectum  
 hominem summi ornamentis, honoris, ac fortune pre-  
 ditum, magneque inter suos potentie, a se flagitare,  
 Jesuitis det veniam, ut tirones in suam recipere socie-  
 tatem possint, in quibus majorum nata morte extincto-  
 rum haud unquam interiret virtus, nec juvenum  
 civium desideraretur cura, et labor. Quid Archetius  
 rescripserit, prolixum est judicare. Ac tam hercule  
 vehementi usque est, ad illud consilium improbandum ac  
 rejellendum, ut Siestrencewicz testimonio, Cernicewicz  
 ipse, qui ejus fuisse auctor deterreret ab eo sit visus.

Atqui aliter multo, ac spes ostentabatur, res accidit.  
 Nam ecce tibi, cunctis inopinanti bus litteris a Siestren-  
 cewicz in vulgus editis adparent, quibus ille decernit,  
 ut Jesuitis, qui apud se manerent, tirocinium operant,  
 et quos velint, homines sibi adjungant. Idque a se  
 factum jure esse, ac recte nobis probare conatur.

Clementem ait XIV., ac Pium deinde VI. Pontifices Ma-  
ximos, utrimaque studio erga Catharina II. incessos sin-  
gulari, Breve illud, Jesuitarum delendae Societati, nolui-  
se in Russia persequi, facileque passos, nullam ibi epus  
haberi rationem. Quamobrem illius Societatis reliquias,  
ea in Regione, pristinum adhuc retinere statum, perin-  
deque habendas, ac Religiosos Sodalas ceteros omnes, in  
quos potestas Sibi, et iurisdicatio ordinaria fuerit a Ponti-  
fice Maximo attributa, ut si e re Christiana publica  
existimaret, novi etiam aliquid in illis constitueret.

Se itaque, quod videat, magno Civium incomodo, sa-  
lutisque animorum de serimine, Jesuitarum apud  
se multitudinem, mortalis quippe vitae conditione, at-  
tenuari in dies magis, haec saetura ut sanctur, ad  
illud Consilium capiendum deduci, motum ad id se  
quoque esse Catharinae ipsius II. vocibus, ac literis, capis  
tanta in homines illos benevolentia extaret, tantaque  
ejus ratione conservandae cura. Nec se vero eo devenis-  
se subito, ac temere, est re diligentissime considerata,  
suorum etiam Canonorum Concilio habito, eorum-  
que sententiarum exquisitis, tum denique post Hungarum  
preces, ac vota, sacrificiaque peracta.

Magna Pii VI. sollicitudine fuit hoc nuntio adfectus.  
Itaque Archetio imperat, ut Siestrence vicium graviter  
objuret, eique persuadere nitatur, ut factum corri-  
gat, illaque omnia praestet, quae ab eo Catholici mode-  
stia Episcopi, ejusque in Pontificem Maximum pietas  
afflagitet.

afflagitet. Ille celeriter imperata facit: atque ad Sigtzencewici-  
 cum lithenij missis, eum temeritatis inconstantis, perfidie-  
 que reprehendit. Quia de Clemente XIV., Pique VI. pronun-  
 ciare sit ausus, utriusque in animo fuisse, ut Breve in  
 Jesuitas omnes, ubique gentium forent, rogatum, ne ad  
 illos ullo pacto pertineret, qui in Russia consisterent?  
 Quoties a se Pii VI. ipsius mandata accepisset, nullibi esse  
 in Religiosorum Sodalium numero Jesuitas dicendos?  
Quale vero illud sit facerem, eam in illos potestatem sumi,  
quam in Religiosos Sodalium modo ipsi Pontifex Max. per-  
mississet.? Quamobrem se colligeret, suum confitere-  
 tur errorem, vel culpam: Pontifici ita optimi merorem,  
 quem acerbissimum ei adtulit, levaret, bonos recrearet  
 omnes; Si thesas in lucem proferret, alias, quibus se acta  
 rescindat, tiranicium Jesuitarum funditus deleteret, ejus  
 non solum interdiceret, ne quem ad suam Sodalita-  
 tem evocare, ne quem recipere audeant, sed aperte  
 etiam denunciaret, ut Pontificum Maximorum Decretis  
 aliquando obtemperent. Per multa etiam Archetii  
 de Sigtzencewicii facto questus fuit cum Stavel-  
 bergio Catharine II. apud Poloniam Regem Legato: cui  
 commentarium in eam Nationem reddidit, eum si-  
 mul obsecrans, ut ad Imperatricem illud ejusque  
 principes Administratos perferendum curaret: id quod  
 facile impetravit.

Quum Sigtzencewicius non modo de injuria satisfacere-  
 ret, sed neque Archetii epistolae responderet, que  
 (tamen)

tamen haud dubitari poterat, quin ei fuisset redacta;  
 Soackelbergius Imperatrici ad Archetium scripta man-  
 data detulit, quoniam haec erat summa: Sestreneviciam  
 haud arbitrata suo, ac sponte ea de Jesuitis constituere;  
 verum Catharinae II. ipsius jussu; quae id maxime crevit,  
 quod Dei publicae omnino tempora postularent. Nihil esse  
 tam necessarium, quam Inventum optimis imbui moribus,  
 disciplinæ artibus. Sed vero quae consequi possis in illa praesentium  
 asperitate locorum, atque immanitate nationum, ubi generis  
 illud hominum susceles, qui can doctrina, ac pietate  
 abundent, sintque omnibus ad illam rem instrumentis  
 paratissimi, tum ei profecto unice studeant? An non pro-  
 videndum modis omnibus erat, ut ne illud interiret, at-  
 que adeo illis in regionibus floresceret? Valde iniquum  
 esse Imperatrici visum, incolas Albe Prussiae, quorum infide-  
 litatem quandam eximiam probasset, tanto illo bono  
 privare. Itaque nihil esse, cur Pontifex maximus Sestrene-  
 vicio succensat; cuius factum, ita, si velit, accipiat, ut  
 domestica sit quedam natio solum, ejusque propria civi-  
 tatis, imperatoria auctoritate inducta. Addidit Soackel-  
 bergius magnam suam Principes in Archetii consilio, et  
 prudentia spem collocare, Facile esse ut per colloquia  
 omnes controversiae componantur.

Sed non multo post repentinus Petropoli Nuncios ad  
 Soackelbergium colloquia diremit.

Ei quippe ab Imperatrice abtulit, finem jam disputa-  
 tionibus cum Archetio in causa Sestrenevicio faceret;  
 haud consultationis rem esse, nunquam fore, ut Imper-  
 atrix

ratum de suspecta sententia discedat, neque Sierozencewic  
city ex eju auctoritate de Jesuitis statuisset, indicat.

Inquirentibus, quid tandem hanc commutationem volun-  
tatis Imperatrici abstulisset, hae causa reperiebatur. Quum  
navibus quibusdam Pravorum Paditano freto deprehensis  
vis fuisset ab Hispanis illata, quod suspicio suberat, ne  
Britannis hostibus commearum supportarent, gravissime  
ea re Catharina III<sup>a</sup> exarsit, et, ut parvo quandoque igni  
maxima incendia excitantur, multos ex eo illa Reges,  
ac Civitates sibi fœdere conciliavit, ut si quam eorum  
quisquam contumeliam post hae acciperet, eam omnes  
conjunctis copiis ulciscerentur. Eadem vero iracundia,  
ut est feminarum ingenium, nihil ut prætermitteret,  
quo dolorem inureret aliquam, a quo esset lacessita,  
sentiens ipsa Pontificem Maximum ab Hispaniarum  
Rege sollicitari in Sierozencewicium, ac Jesuitas Imperii  
sui, horum ideo defensionem avidissime arripuit, nec  
cujusquam jam postulata in eos audienda duxit.

Hispanoque apud se legato, qui Jesuitas exterminan-  
dos agebat, quippe Civitati infestis homines, respondit:  
probe scire se suos omnes in officio continere, multoque  
minus quidquam a parvo externorum manu metuere.  
Omnino difficile est, ut qui Verbis publicis præsent,  
sic

hic omnia conflictu, et ratione administrant, nulli ut perturbationi animorum interdum obsequantur.

Dum haec apud Prusie Abbe Catholicos nostrorum utentes instituta geruntur, haud minor cura Archetium habebat sollicitum de Catholicis ejusdem Civitatis alteris, qui disciplinam sequantur a Graecis acceptam: ceterisque ut plures proficerentur Episcopi vehementer optabat Archetius, animoque, ac mente circumspiciebat, si qua id ratione posset a Prusie Principibus impetrare; in primis permotis causis, quas supra demonstravimus. Adque inuenit, quum Sierozencewicius cupide, ac sepe instaret, ut se Pontifex Max. omnium Catholicorum nostrae disciplinae, in Prusie Imperii finibus, Episcopum crearet, illi cavillide dissimulare, tergiversari multaque consulto opponere. Ex hac tamen parte nihil Archetius proficiebat, immo in dies magis ejus spes minuebatur. Postea vero quam Imogorzewickius Polocis Archiepiscopus, ex quo Archetius crebris suis epistolis rubrum diu responsum elicere potuisset, (verebatur enim, ne sua cum Pontifici Max. Nuntio litterarum consuetudo aliquam Principibus Prusie de sua fide suspicionem injiceret) postquam ille inquam, omni tandem timore depositis, ad rescribendum adiecit animum, Archetius

tim cum eo studiose agere cepit de altero Episcopo  
in Catholicis Græcæ disciplinæ constituendo.

Atque hæc utriusque ratio expeditior visa est ad nego-  
tium conficiendum. Imogorzeuschius postularet E-  
piscopum fieri Miesslaviensem, Sibi que Suffraganeum,  
Herachium Lipsowechium Ordinis divi Basilii homi-  
nem profecto idoneum concupiscere id quippe videbantur  
Præsi Principes ipsius Imogorzeuschii ingravescenti ætate,  
que magnis laboribus debilitate, effectaque imbecillior  
esset ad omnia Episcopalia officia, ac munera exerquen-  
da. Eundem præterea Lillowechium, unde et sup-  
peditorum ad vitam cum dignitate agendam, Gregorius  
Archiepiscopus Smolecensis, eius Patrum adiutorem  
sibi adscribebat in Abbatia Onuphivensi regenda.

Quum Archetius properaret id peragere, quasi divi-  
nans ea, que impenderent mala, Gregorius Archiepisco-  
pus Smolecensis subito moritur: hunc perturbatio  
incredibilis Verum. Imperatrix Episcopi cuiusvis suf-  
fraganei levamen Imogorzeuschio abnuvit: quin odio,  
ut videtur, ducta Episcoporum Catholicorum, Regi  
Poloniæ jussit denunciari, ne cui ille Archiepiscopatum  
Smolecensem diceret, quod antea consueverat: minime  
se id papam deinceps in suo Regno. Ille quidem

jay postulabat, sed omnino frustra; nam Imperatrix  
 pety poterat. Itaque Archetius ab ea quoque spe repul-  
 sus fore ut in Catholiciy P<sup>re</sup>se discipline Episcopo esset.

is alteri locay, p<sup>ro</sup>ter unum Sobociensem, illas continuo vidit  
 iij. tempestatibus jactatos, quas ipse multo ante pertime-  
 scens arcendas curaverat; e quibus vix illi sunt educti  
 singulari Pii VI. virtute ac perseverantia; haud qui-  
 dem sine magno Archetii labore, et ~~amicatione~~.  
 De quo cruceatiy dicemay; quod hinc maxime fuerit  
 Archetiy Petropolim legendus.

Mortuo Suptiskio Archiepiscopo Kioviensi, Ecclesie nem-  
 pe omnium Præthensarum principij, P<sup>re</sup>ex Poloniæ apud  
 se decreverat Smogorzewschio eam dignitatem man-  
 dare; quod suum consiliu<sup>m</sup> cum Archetio com-  
 municavit. Archetiy, et si letatus valde est de homi-  
 nis virtute prestantissimi honore, qui ab eo foret, p<sup>re</sup>-  
 clare administrandus, tamen omnino detrimento sum  
 existimabat, illum, tam alieno tempore, e Polonia  
 detrahi, nisi alius forte Episcopus eadem fide, atque  
 constantia, prudentia, et magnitudine animi in ejus  
 locum substitueretur. Id quom P<sup>re</sup>gi ostendisset com-  
 modum ille successorem jam Smogorzewschio designavit  
 Maximilianum Ryllum, Episcopum tum Chelmonsem,

cujus profecto Sapientiam, summam in Pontificem maximum  
 studium, ac voluntatem, egregiam fidem, multoq; antea  
 Vobis Archetibus cognoverat, eoque illum Regi sepe com-  
 menderat; quod ipsum etiam Garampius, multoq;e  
 clarissimi viri fecissent, quibus esse minime caris. Itaque  
 sic inter Regem, et Archetibus convenit Stakelbergio  
 utendum interprete, ut ab Imperatrice exquirent,  
 pessura ne esset Smogorzewichio in Soloriam evocato  
 uti Prylly succederet. Si illa rogasset Rex majores sui  
 regni utilitates, potius neglecturum, quam tantum  
 Catholicorum numerum in salutem discrimen vocaret,  
 nec propterea Smogorzewichium de eorum presidio, et  
 custodiam deducturum.

Stakelbergius tum Regi, tum Archetibus optatissima  
 ab Imperatrice rescribit. Ea res Smogorzewichio, et  
 Pryllo nunciatur. Ac ille quidem non expectato  
 Prylli adventu, nec dum se Rex Archiepiscopum  
 Livionensem publice designaret, Varaviam proficisci  
 maturabat, Archetibus accessit. Eam namque Cede-  
 siam illi ipsi interea administrandam Archetibus con-  
 ceperat: eundem quoque superat conventui preses  
 se Puthenorum Episcoporum, qui consuetudine  
 a majoribus accepta, ubi de Episcopo eorum priva-  
 te

pe diligendo agatur, ii, ab Pontifici Max. Nuntio conuocati  
inter se consultant, ac decernunt, quem e suo Collegio prae-  
cipue, ejus Sacerdotii auctoritate, et amplitudine dignum,  
Regi commendent. At Inogorzeuskius quum in eo esset,  
vix ut se committeret, in morbum adeo grauem incidit,  
ut Archetius, Catholicis illis promerens, Pyllum ius-  
serit Polociam contenderet nostris destitutis axilio  
futurum Inogorzeuskius haud multo post conuuluit, Var-  
saviam venit, concertum habuit Ruthenorum Episco-  
porum ubi ipse cepit suae virtutis fructum. Summo enim  
studio, magnaque consensu pronunciatum Inogorzeuskius  
esse unum ex omnibus principatum inter ipsos tradendum.  
idque oratum legati ad Regem mittuntur.  
Quum omnia adhuc ex sententia succederent, Pyllus im-  
probo Episcopus Cracouie dicitur a Maria Theresia Roma-  
norum Imperatrice: quae Civitas in ea est Poloniae parte  
sita, quae Austriacae Familiae obvenerat. Ille quidem beneficium  
repudiare aliquandiu cogitavit, qui nempe secreti Archie-  
piscopatium Polocensem sibi ab Imperatricis  
reservatum, ejusque rei auctores, spondoresque adeo de  
sua voluntate esse tum Poloniae Regem, tum Archetium,  
quos in magnas conjiceret angustias, nisi ipse in sententia  
ac fide data permaneret. Tamen Patrie, ac suorum des-  
derium

denique iam se posse desperare, Polociam, tam longe, relegi-  
 ty, tum Prussorum immoderate imperia metuens pre-  
 cipiensque animo quot illie labores, ac difficultates sube-  
 unde sibi essent, pacatam, et quietam Sermothic provin-  
 ciam, ubi nec plane domo careret, et suis frui posset  
 complexus tandem est.

Ca res ut est ad Archetium perlate commotus, valde  
 est nostrorum periculo. Jam enim Imperatrix publica de-  
 claraverat, velle se Archiepiscopatum Polocię Pylhem pro-  
 ficci, postquam inde Inognzewskij discessisset. Quo spem et  
 Archetij, quod <sup>illud</sup> in bonam partem esset accipienda Polli-  
 facum, quin vehementer, ob eius levitatem, ac inobedientiam  
 animi, irasceretur. femina presertim iracunda, atque  
 impotens. His difficultatibus, cum Archetij, premeretur,  
 haud minori tamen alacritate, ac diligentia, curandum  
 statuit, ut alium pro Pyllo Archiepiscopum apud Polo-  
 ciam constitueret. Wagonskij, qui cuncto tum ordinis  
 preeset D. Basilii, idoneus maxime virus est, qui ad  
 eum honorem evocaretur. In quo nempe esset singu-  
 laris morum innocentia, cum magna doctrinae laude  
 conjuncta, eoque accederet prudentia, ac renan offi-  
 Tantique is apud omnes fiebat, ut expetendus ab Im-  
 peratrice potius, quam repellendus videretur. Inte-  
 rim

22.  
nim Inogorze uskio persuadet Archetius, ut, magnis ite-  
neribus Polociam revertatur; eique mandat, Czermice-  
wium, eorum Praefectum regionum, conveniat, eoque  
omnes Praesue Principes, apud quos gratia valeret, cum  
illis studiosissime agat, pro Wagnskio sibi sufficundo.

Ipse Archetius, adjuncto sibi Rege, Stachelbergium adiit,  
idem ab eo uterque de Wagnskio contendunt, orant,  
modis omnibus nitatur, ut Imperatrix hominem nobilis-  
simum, omni dignitate amplitudine, ejus Civitati orna-  
mento futurum, ne abiciat. Stachelbergius bono esse a-  
nimo Archetium jubet, nihil se pretermisurum ostendit,  
quo Imperatrix exoretur, Wagnskio uti faveat.

At Imperatrix, cui saecius adhuc esset animus, contra-  
melia a Rege accepta Stachelbergio respondet, sibi  
stetisse, neminem jam ad Archiepiscopatum Polocensem  
ex aliena Civitate accipere; est alium ex suis popula-  
ribus eam deferre dignitatem, ei, qui sibi praesque  
probaretur. Duborem, quem Archetius, hoc responso  
suscepit, litterae a Inogorze uskio tenuerunt, in quibus  
erat, spe adhuc se tenere aliqua, impetrandi id de  
Wagnskio cujus praesertim causa Polociam revertisset.  
se jam commentarium in eam se accurate scriptum

Czermicevo tradidisse. Imperatricem propedire  
Polociam

Polociam cogitare, idque se maxime expectare tempus,  
confidere, se coram non nihil consequaturum. At Imper  
atricij illud in Prussiam Albam nobilissimorum Polonorum  
exciverat, ejus visendae studio. Itaque Archiepiscopi concar  
sare, adire singulos, petere hortari, uti quantum opi  
bas, consilio, gratia possent, id ad Catholicorum fides  
discipline salutem conferrent, Smogorzewskium adjuva  
rent ad Imperatricij amicum promovendum. Itaque  
Archiepiscopi cum omnibus, tum praecipue Stanislaum  
Pognatalskium Hagitavit, Regij Fratris filium, qui eodem  
proficiscebatur.

Imperatrix venit Polociam III. Kal. Jun. anni MDCCCLXXX  
biduumque ibi morata est. At Smogorzewskium, quod  
egrotaret, nullatenus cum Imperatrice ipsa, aut cum  
ejus contubernij Principibus habuit colloquendi fa  
cultatem, ac vix quidem, venerandi causa una cum  
omni nobilitate, in ejus conspectum venire potuit.

Imperatrix Mohilovia petens, in Struznio, qui usque ad Archie  
piscopum Polocensem pertineret, videbatur aliquot saltem ho  
ras mansura, se ut de via sanguinem reficeret: illudque tem  
pus aucupabatur Smogorzewskium ad rem gerendam: sed haec  
quoque spe lapsus fuit, nam Imperatrix, nescio quomodo,  
prevenolavit. Non tamen ille animo concidit, nihilque espe  
tam

tam munitam sciens, quod non perseverantia, ac patientia  
 expugnatur, hominem nactus strenuum ex suis intimis,  
 cui maxime confideret, huic jubet, isdem itineribus, Imper-  
 ratricem sequi, ac, ubi commodissime posset, libellum ei pro  
 Wangieskio tradere. Eundem Smogorzewskij hominem cum  
 malis, tum Czerniewio in primis diligentissime, per litten-  
 ras commendavit, quo faciliorem haberet aditus, ab iisque  
 ad perficiendum adjuveretur. Quum rei eventum expecta-  
 ret, litteras a Czerniewio accepit, in quibus eadem fere,  
 de novo Archiepiscopo Polocię creando, erant scripta, que  
 Stachelbergio, Imperatrici nomine, Archetio renuntiata se  
 pre demonstravimus. Addebat Czerniewius, quod Collegio  
 trium virorum Smogorzewskij Ecclesiam Polocensem admi-  
 nistrandam permisisset, ex eo jam tempore, quo Varso-  
 viam profectus sit, ea ratione in reliquam quoque tempus  
 illi Ecclesię omnino satis esse provisum, quoad Imperatrici  
 libuerit Archiepiscopum ibi alium constituere. Quo res-  
 pondo Smogorzewskij intelligens, belle se e Polocia ex-  
 trahi, invitus, ac merens Varsoviam se recepit.

Nullum ex eo fere diem Archetius sine sollicitudine egit,  
 crebrique ad eum rumores, ac nuntii omnino tristes  
 adferebantur de Polocię rebus. Nestorenwicius diceba-  
 tur ejus quoque Ecclesię gubernacula suscepturus.

Imperatrici

Imperatricis coactu, quæ cum plures adhuc apud se Episcopos  
 Catholicos haud equis oculis adpexisset, modo occasionem  
 naeta sit cogitata perficiendi: itaque ad unam Episcopum  
 infinite rostrarum multitudinis curam deinceps redactam  
 Jose. Illud etiam percrebuit Archiepiscopum ex Romana  
 disciplina Polociæ profuturum, part habitis majorum le-  
 gibus, atque institutis. Id vero gravius Prusie Principes  
 statuisse, uti distinctis Catholicis in orbitate ac lactu ja-  
 ceant, atque in eo callide admodum facere, quo illi ali-  
 cujus demum Episcopi desiderii fracti, paulatim alii  
 ad Mohiloviensem, alii ad Plesioviensem Episcopos præce-  
 disiplinis Schismaticos utrosque, ac finitimos deficiant:  
 quin illud quod diuturnitas adferre deberet, Imperatrix  
 in præceptura dicebatur, statimque Polociæ Archiepisco-  
 pum Schismaticum impositura, quod idem Inolecii &  
 Prusie olim factum supra docuimus.

Ad quas suspiciones certissime res accedebant. Neque  
 enim Archetivum, qui omnia sagacissime perestigabat  
 celare sua consilia potuerunt Prusie Principes. Compositum  
 ille habuit Cernicevium Imperatricis nomine, mandate  
 triumviris, Ecclesie Polocensi administrande, ut si qua forte  
 apud eos Curia suo orbaretur Sacerdote, eademque  
 alium Sacerdotem requireret, nobiscum, ut ille, qui deest  
 seriat

serat conjunctum, eam tum proxime Curie Sacerdotibus gubernandam traderent, quoad novus Archiepiscopus crearetur.

Hec nimirum eo spectabant, ut homines miseros quamplurimis incommodis, ex Sacerdotum paucitate collectos, ab omnibus destitutos, cogerent ab Schismaticorum auxilium implorare, seque ita a nostra societate avortere. Id quod exploratius fuit, cognitis mandatis, que ipsi Czernicevicio secreto dederat Imperatrix; ut illis, quibus maximam fidem haberet, negotium daret circumveniendi Curias, que suum amessissent Sacerdotem, eoque tentandi homines, quo forent animo accepturi Sacerdotem Schismaticum, quem illis Episcopus Mohiloviz, aut Plescovi præficeret: a quo si illi abhorrerent, nec se a nostra conjunctione paterentur avelli, non alia illi ratione Czerniceviciu consideret, nisi ea, de qua supra dictum est.

Quibus rebus haud diutius Religio Catholica videbatur se apud illos homines sustentare posse, agrestes nempe, ac barbaros plerisque, ac Prætorum potentioribus in servitute addictis, a quibus celeriter crumino aut decipiendi, acut opprimendi forent; triumvirum præsertim Ecclesie administrande, qui illos confirmare deberent, exanimatos, nec, atque suspensos. Itaque jam in tres Curias Schismatici Sacerdotes irruerant, earumque potita, spem sui fecerunt.

corant reliquarum etiam potiundi.

Eo in discrimine ab uno Pontifice max. salutem se expectare, a nemine preterea calamitatissimi hominis significabant, eum posse unam Imperatricis animam exprognare, et ejus voluntate, sibi Archiepiscopis proficiatur, qui adfictis reflexcitet, qui Catholicam Religionem apud se habentem, ac prope cadentem fulciat: accepisse id se triumphis testificabantur ab ipsij Regis Principibus. Literis Archetui, in eam sententiam perdeligenter scriptis, commotus Pius II. haud dubitandum statuit, quin apud Imperatricem ipsam suorum patrocinium susciperet.

Sua ipse igitur manu, quo et suam magis studium aspereret, et equivoce illa uteretur, ei scripsit. XVI. Kal. Oct. anni MDCCCLXXX. postulavit, ut quam Catholicis apud se, ex nostra disciplina, indulgentiam tribuisset, eandem illis etiam, qui ex disciplina sunt Heterorum prestaret. Sibi magno datum sui Archiepiscopi desiderio teneri, qui fidem, ac pietatem sibi a majoribus traditam, atque in suis penitus medullis, ac visceribus herentem, vitaeque sibi potiore tuncatur: haud minimum ad salutem rei publicae pertinere, commemorabat Pius II. pacem, et otium non pertubari Civium, libidine extorquendi ab eorum animis veterem Religionem, per facile Imperatrici gratificari sibi, atque illis posse satisficere, quod.

quod apud illam Catholicorum frequentia haud profecto  
 desisset, qui eo digno munere videretur: se itaque ad  
 ejus sapientiam, et misericordiam confugere: Clementem  
 olim XI. Pontificem max: a Petro I. beneficium aliquod per  
 stantius consequutum, an non ipse confideret, minore  
 se in re rogantem, et orantem esse impetraturum a Catha-  
 rina II., quae clarissimum, ac potentissimum Regem, uti  
 gloria, sic lenitate etiam, et magnitudine animi superet?  
 Quibus Pii VI. litteris Imperatrix sua ipsa etiam manu,  
 respondit, Prid: Kal: Januar: multa, de hac in Catholico  
 liberalitate predicavit. Quum sibi propositum sit omnino  
 pati, quisque ut in sui Imperii finibus, ita Deum colat,  
 quemadmodum sui majoribus acceperit, hac se profecto  
 voluntate erga eos debere esse, qui Christianae Religio-  
 nis necessitudine sint secum conjuncti, ade quorum in  
 ea profitenda pluribus debet differant. Cujus rei testi-  
 monium esse, quod, ubi Silesiae illius Polonia decessit  
 (id quod sua quidem ipse sponte, ac suorum comma-  
 dorum, dignitatisque rationem sequutus fecerit) non ad  
 alios eorum Catholicorum curam deferri jussisset, nisi  
 ad idoneos, ex ipsorum delectos sacerdotes. Sicuti vero  
 Pius VI. ad se fidenter adierit, eodem se animo  
 quaedam ab eo postulare: nimirum, ut Silesiae viciniam  
 Nihilominus

Mohilowic<sup>is</sup> ipse Archiepiscopum omnium Catholicorum re-  
 gis discipline, constituat, eidemque Pallium ejus insi-  
 gne potestatis mittat, tum Episcopum ipsi Suffraganeum  
 adtribuat, eum, qui sibi eo ornandus manere videretur.  
 Quod si Pius sibi, ut speraret morem esset gesturus, tum  
 se quoque ejus postulata esse facturam significavit.  
 Aliquot post menses, ad diem nempe VI. Kal. Novemb: prox-  
 mi anni Pius Catharino respondit, nam id antea, impe-  
 ditus negotij non potuit facere. Et gratias cumulate egit,  
 quod Polocens<sup>is</sup> Catholici sub aliena Religionis licentiam  
 potestatem non redegerit, sed suis adhuc uti Sacerdotibus  
 voluerit, qui tamen, quum non possint omnia obire, quae  
 illorum ratio, et necessitas flagitet, se idcirco eadem age-  
 bat Imperatricem rogare, atque obsecrare, quae superiori-  
 bus litteris de Archiepiscopo illi proponendo, quia nulla  
 in re eorum saluti desit. Moverent Imperatricis animam  
 tum ipsius preces, tum illorum optime de ea mentoran  
 hominum squalor, et pietas suam doctorem, et salutis  
 ducem, et parentem requisentium. Paratum se vero esse  
 addebat Mohilowic<sup>is</sup> Ecclesiam Archiepiscopalem Javere,  
 quoniam a se id Imperatrix petisset, nec unum modo,  
 sed plures etiam, si opus fuerit Episcopos creaturum,  
 qui

qui eius potestate Archiepiscopi continentur: quibus de huiusmodi  
 rum se Archiepiscopo mandata, sique coram eo agere deberet, cui  
 Imperatrix id Negotii commisit. Se tamen in maxima, qua  
 adficiatur legitima, quod occasionem sibi nactus studium Im-  
 peratrici suam navandi, vehementer dolere, quod de Sierren-  
 ceuicio ei adsentiri nequeat. Imperatrici esse exploratum,  
 quod ille, quum in Religiosis Sodales quendam a se accepisset  
 potestatem, ea tam intemperanter sit usus, ut eos, qui  
 a Religiosorum Sodalium numero jam pridem Sacerdotij Mex-  
 icano fuissent segregati, itenim adstantes putarent, huius-  
 teris ad id in publicam edis, ipsamque suam eius rei a-  
 uctorem nefarie predicant, a qua se seivis longissime  
 abhorrere: se propterea graviter cum Sierrenceuicio fuisse  
 se questum, atque ab eo petisse, ut sibi omnino satisfi-  
 ceret: atqui illum nec dicto audientem fuisse, nec ullam  
 plane sui habuisse rationem. Itaque quum tantum ipse  
 habeat causae, quare ei debeat irasci, in eumque animam  
 vertere, quae possit eum nunc honore, in peno, dignitate au-  
 gere. ~~Quod~~ Equid de se, de sua fide, integritate, gravitate,  
 constantia judicarent boni praesertim, quum ille animum,  
 eo facinore sic offendisset. se tamen, modo Sierrenceuicio  
 orraturum aliquando agnoscat, eius veniam a se petat, idque  
 publice

publice corrigat libenter suam adorem, et Pontificatus Max.  
 injuriam Imperatricis voluntati, et precibus condona-  
 turum, cuius tanta sit Sapientia, tantaque comitas, et  
 humanitas, ut ipse magnopere speret, fore ut equi-  
 tate suarum conditionum perspecta ea sibi faveat.  
 Verum id idiam longe absuit, ut perinde ac si Sibus mi-  
 hil de Siestrzencewicio, recusasset, nihil de alijs rebz  
 cunctatus esset, ejus litteris Catharina acceptis,  
 legem tulerit, uti Mohitowiz Ecclesia Archiepisco-  
 palis in paterum esset, eamque Siestrzencewiczus Ar-  
 chiepiscopi nomine, insignibus, et potestate admini-  
 straret, eique alijs adjungeretur Episcopus, qui  
 auxilio ei foret, laboremque levaret, isque esset  
 futurus Joannes Benzlauwiz Cononicus, et  
 Daneburgi Ecclesie Prepositus, cui propterea se  
 statuisse, ut ad vite tuendam dignitatem 1200 rub-  
 ka quot annis ex erario dentur

Paucis tamen diebus post, ad diem 11. id. Febr. Pio  
 respondit in hanc sententiam. Ejus virtute primum  
 amplissime collaudata, gratisque actis, quod tam pro-  
 pensam erga se ostenderet voluntatem, de Catholice  
 Græcæ discipline ait. quoniam ii, quos illis prefecisset,  
 Sacerdotes, optime rem goverent, nemo ut de eorum indili-  
 gentia

gentia apud se questus esset, nihil se cause percipere,  
cur de ea nunc ratione sit quidquam inatandum.

De Catholicis nostris disciplinæ plura, ac de Siestrænce  
wicio. Magnum eorum numerum inveniri non in Slesia  
Alba solum, sed in omnibus sui Imperii finibus, inque  
ultimis etiam nationibus: qua se re olim admonitam  
de Episcopo eorum proprio cogitasse: quum Siestrænce  
wicio eum honorem demandasset, suum de eo iudicium  
fuisse ipsi Pio probatum, qui illum potestate in Religiosis  
Sodalibus auxisset. Se vero nunc ipsa etiam multitudine  
hominum, ac latitudine regionum commoveri, ut Ar-  
chiepiscopum præterea apud illos constitueret, qui Mo-  
hilowig domicilium habeat. Siestræncewiciam autem  
in eo dignitatis gradum collocandum se censuisse, tum  
ob ejus præclara in se menta, tum quod in Episcopali  
munere obeundo egregia semper extitisset ejus opera,  
et diligentia: dolere se, quod ab alienato in illam ani-  
mo Pio videretur: atqui illam id fecisse, quod a se  
ei esset imperatum, oportuisseque profusum, ut sibi ille pa-  
reret: quod ille vero Pium, sua in epistola appellavit  
ejusque auctoritatem ostentavit, se velle sequi, id sane  
ex ejus singulari in Pontificem Max. observantia, et studio  
profectum, cujus cause ei ~~Pio~~ Pius benevolentia sua

potius respondere debeat; idque se ab eo majorem in matrem  
 petere, ac rogare. Sestranceviciis autem adjictorem se ad  
 tribuisse Joannem Ben. Flavodium, hominem excellenti  
 quadam virtute sibi cognitum, qui ut consecratur E-  
 piscopus videndum ipsi Pio sit, tum ut Sestrancevi-  
 cius Archiepiscopatus honori insigni, nempe Pallio ornetur,  
 Quibus de Verbis, quod arbitretur Archetium habere jam  
 a pio mandata, Stackelbergio se scripsisse, ut cum illo  
 communicet, quo maturius perficiantur. Sperare se omni-  
 no, quum tantam ipsa curam, et cogitationem pro Roma-  
 ne Ecclesie utilitate suscipiat, futurum id Pio Romano  
 Pontifici jucundissimum, et gratissimum, quaeque ipsa  
 exoptet, ac postulet, eum omnia facturum.

Atqui nihil dum Archetio Pius de eo negotio in man-  
 datis dederat; daturum se quidem ostenderat, proximus  
 ad Imperatricem literis, ubi ei placuisset. Id Stackel-  
 bergio demonstravit Archetius, quum ille ei Imperatri-  
 cius epistolam reddidisset, eam ut Romam perferen-  
 dam curaret: quo tempore statim rem totam appre-  
 di volebat. Forte, quum ea Imperatricis epistola fuisset  
 Romam adlata, Pius Religionis constituende studio,  
 Vindobonam erat profectus, lunissimo quamvis tempore  
 anni, summa viarum difficultate, itineribus sepe alij  
 sime

si ma nive impeditis, atque ingravescente admodum ipse  
 etate. Cum autem inde reversum tante negotiorum  
 moleſ oppreſſerat, ut tam cito mandatorum rationem  
 explicare nequiverit, quæ sibi dari Archetius flagita-  
 set, Imperatrici, ut satisficeret.

Interea Archetius, quibus de causſa eam moram in-  
 terponi necesse esset Stackelbergium sepe docebat, cum  
 que orabat, videret, ne quam ea forte reſ offensionem  
 Imperatrici adferret. Septembri tandem mense Ar-  
 chetius mandata accepit, simulque tempus adpete-  
 bat Comitiorum Polonicæ Regni, in quibus magna Sta-  
 ckelbergi potentia erat, Imperatrici nomine, et au-  
 ctontate, ut cavendam omnino esset, ut neutriusque  
 maxime alienaretur voluntas: ex quo nimirum facile  
 fieret, ut ulciscendi libidine, Polonorum mobiles animos,  
 atque ad consilia capienda precipites, adversum nos  
 concitarent. Itaque Archetius commodissimum rei pu-  
 blicæ esse duxit, non statim Pii persequi mandata, quæ  
 ut Imperatrici jucunda accidere vereretur, sed  
 expectare, ut comitia Polonia peragerentur.

Biduo sane post Stackelbergium adit, eique Pii verbis  
 exposuit: cogitaret Imperatrix, quibus preſenti angu-  
 stis necesse foret Catholicos Polacenses, anno jun-  
 tertio

tertio suo parente, et tutore, idest Archiepiscopo orbof:  
 Sacerdotibz, illis prepositis, egerime onus sustinere, ac  
 jam pene deficere: ita esse rem Christianam ab suo  
 auctore constitutam, ut sine Episcopis, diu stare ne-  
 queat, multoque facilius, remoto gubernatore, pavim  
 deduci in portum, aut, magistratu sublato, civitatem  
 populo incolumem, florentemque consistere: idque  
 adeo debere esse Imperatrici notum, modo ipsa repu-  
 tet, que apud se gerantur, mortuo alicubi Episcopo;  
 statim enim de Successore decerni. Itaque quum Impe-  
 ratrix, maxime sibi curę esse, testata sepius fuerit, ut  
 Catholica prefertim, induj finibus, ne quid ad suam  
 libere profutendam Religionem desiderent, omniumque  
 eis copia suppetat, ipsa jam sua humanitati consensere  
 vellet, atque Archiepiscopum Polocensibus, tum ipsiſſimum  
 Pontifici Max: pro ijs deprecanti concederet. De reliquis  
 postulatis Archetius ait, Pio, porcupienti sua Impe-  
 ratricem benignitate complecti, ipsam modo repre-  
 gnare, que nondum Siestrencevicium solduxerit,  
 ut nefarie commissum, aliquo pacto expiaret.  
 Stachelbergius obsoleta illa de Siestrencevicis insultis,  
 quod in Jesuitarum causa, omnia gesserit ab Impera-  
 trice

trine coactus, cum nec debuisset, nec potuisset <sup>+ non</sup> obtempera-  
 re: addidit vero, quum nemo sit tam barbarus, tam  
 rerum impetivus, quin sciat litteras quoclerum plenas  
 Siestrancewicio fuisse Pii nomine redditas, ob illud ejus  
 factum, nonne hac ratione, scilicet Pontificem Maximam  
 tum sue dignitati, tum sue Ecclesie auctoritati con-  
 suluisset? tum offensionem bonorum vitasse? quare  
 apud eum valere nunc posse Imperatricis gratiam,  
 ut omnem injuriam memoriam deponeret, inque  
 Siestrancewicio honestando cum Imperatrice confen-  
 taret. Archetius respondit: eo ipso quod Stachelbor-  
 gius commemorasset, Pium debere in sua ratione ob-  
 firmationem esse. Equid enim Siestrancewicius, gra-  
 vissimis illis acceptis litteris, consilii ceperit? Num id,  
 quod sui plane officii esset prestitit? Num cultus  
 rei Christiane publice a se inflicto, sanandum cura-  
 vit? Num se apud Pontificem Max. purgavit? Num  
 quod ei saltem responsum dederit? Neque hec quicquam  
 latere, ut omnes ludificatum antea Pium esse existiment,  
 ubi videant, Siestrancewiciam non modo suum seculi tu-  
 lipse impune, sed ejus preterea potestate, ac dignitate  
 amplificata, ea premia consequutum, que a summis  
 Pontificibus

Pontificibus pro maximis hominum meritis, tribui consue-  
visent. Nara in eam sententiam ab Archetio dicta  
sunt, quibus commoveri Stachelbergius visus est. Itaque  
se de his Imperatricem facturum certiores recepit,  
ejusque responsa Archetio relaturum.

Hęc dum Archetius cupide expectaret, ecce fulmen  
Stachelbergius ad eam venit decimo octavo die, ab eo die,  
quo simul colloquuti essent: legitque ei litteras sibi ab Impera-  
trici missas, asperas omnino, atque acerbas: suo Pontificem  
Max. beneficio habere, quod in Imperio Catholicos auctorita-  
tem adhuc, et principatum teneat, quibus se eum nuda-  
turam, neque Catholicis post hac permiffuram esse, uti suam  
Religionem sequi, suas ceremonias, sua instituta palam possint,  
nisi ab illo statim mos gessus sibi fuerit de Sessenceo vicio,  
et Benislawskio: nolte se amplius duci, quam id non patri  
dignitatem; intellecturum Pontificem Max. quanto suo dan-  
no, quanto sue Religionis detrimento postulata Catharicę  
II. neglexent, quibus nihil sit equius, neque ille vero cujus-  
quam apud se gratiam, aut amicitiam, aut preces inter-  
poneret, que nulla sint pondus habiturę. Hęc Stachelbergius  
aperte Archetio denuntiaret, a quo ad Pontificem Ma-  
ximam perferrentur. Pallisencio quoque suo Vindobonę  
Legato

38.  
Legato Imperatrix mandavit eadem ut inculcasset Pa-  
rampio Pontificij Max: in illa urbe Nuntio, ut suus nempe  
furor restatior esset.

Hij rebuy cogniti, Pius quid faceret? quo se verteret?  
Omnino spes reliqua erat nulla fore ut Imperatrix, aut  
preibus, aut lacrimis de pertinacia desisteret, fuisseque  
se altum sine vi contra vim pugnare: omnia vero essent  
ab illa timenda, que cum ea semper fortuna situta, ut  
in finibus Imperii sui proferendis, venti etiam, tempesta-  
telque ei obsecundarent, ac neminem in terris, ne parem  
sibi quidem agnoscat, dum vehementissime irascitur, na-  
cundieque omnium maxime indulgeat, si quare a quovis  
non ad natum, et voluntatem ejus facta sit. Itaque haud  
dubitandum, quin illa, ut minata fuisset, Religionem  
Catholicam de suis sedibus tota Prussia exturbasset, si  
Pius in suo persequendo jure, nec a suis exquisitis con-  
ditionibus descessisset. Quamobrem sapientie sue Pius  
existimavit esse, post habere omnia, modo ut Religio Catho-  
lica in illis partibus esset salva, que sibi sua, et ampli-  
tudine, et dignitate, et vita etiam, longe esset potior.  
Ad diem III Id. Januar. Anni MDCCCLXXXIII. Pius  
Catherine respondit: magnum se accepisse merorem, ubi  
eam

eam intellexerit sic exarsisse, nec se reperire tamen,  
 quænam res ei offensionem esse debuisset. Quod a Stryzence  
 uicio graviter violatus injuriæ levamen aliquod ab eo  
 petierit, antequam novos ei honores manderet, id nec ab  
 surdum, nec Catharinæ contumeliosum putasse: immo  
 qualem illa animum habitura esset, erga quamvis  
 abjectæ, et contemptæ civitatæ Principem, quem ali-  
 quis forte ex suis legisset, hunc ipsum saltem erga se  
 habituram sperasse, necque eam libenter existimatio-  
 nis, et dignitatæ fautoricem futuram. Neque obeam  
 vero causam irasci sibi Catharinam debere suspicatum  
 se esse, quod uti Smogoræ uulgo apud Poloniam, succe-  
 deretur ab ea contenderit, ut se duntaxat pietas illæ, et  
 Religio Catholica oblanguesceret, aut revivisceret aliquan-  
 do, et recrearetur, cui publicis factionibus consultum fu-  
 ret, quo tempore eæ fuissent partes e Poloniæ Regno exisse:  
 An minus vero ipse, audeat dico hæc justissima sunc po-  
 stulare, quam plura ipse, ac multo majora rogetur?  
 quam se tamen omnis spes sefellent, ad omnia se deponde-  
 re paratum, atque omnia patri Religionis catholice, suorum-  
 que salutis causa: satisfactum jam se jam officio: patere  
 cunctis, quid senserit ipse, quid judicant in causa Stryzen-  
 cewicis, hac se cogitatione sustentari: dandum nunc  
 esse.

esse catholice Religionis bono, dandum Catharicæ Maje-  
 stati, ut omne ipsæ injuriam, quas sibi, quas Pontificis  
 dignitati Sistrancevicis intulerit, memoriam deponat,  
 nihilque jam amplius expectet, ut et Ecclesiam Nobilem  
 viensem Archiepiscopalem faciat, et Sistrancevicium ip-  
 sum Archiepiscopum renunciet, et Benighwilium, qui  
 ei adjumento sit Episcopum creet. Nec quo facilius tum  
 ex catholice disciplinæ institutis, ac legibus, tum ex Ca-  
 tharicæ sententiâ fiat, suum se ad eam Legatum Se-  
 tropolim usque missurum, qui omnia, ipsa inspectante  
 administraret. Quum vero suum ejusmodi extet illigenti-  
 ficandi studium, liceret sibi ad extremum, pro Catho-  
 licis Polocensibus, tertio jam deprecari, uti novus in it-  
 lity constituatur Archiepiscopus. Quum omnium catholicorum  
 salutis utriusque gentium fuerit, custodienda sibi, et defenden-  
 da fuerit divinitus tradita, non posse se de polocensibus  
 non vehementer esse sollicitum, præcipueque angî, nec sibi  
 temporare, quominus ejus fidem, et misericordiam imple-  
 ret, que illos sajentes, et perculosos erigere valeat.

His delicta Imperatrix Sitaris, Pio statim humanis-  
 sime respondit, de ejus in se benevolentissimi animi  
 significatione ei gratias egit, quanti ille a se fieret  
 declaravit

declaravit: quum sibi ab eo gustum morem ipsa magno-  
 opere letaretur, tum etiam eo, quod Pius suum legatum  
 Petrapolim missurum esse attendit; qua in Urbe eodem  
 ille profusus honore accipiendus, adficiendusque esset,  
 qui legatijs potentissimorum Regum tribui soleret.  
 Stachelbergia preterea Imperatrix mandavit, suo  
 ut nomine, Archetio etiam amplissimis verbis gratias  
 ageret; simulque testaretur perjurandum sibi, perque  
 gratum fore si illum Pius ad se legisset: presentim,  
 quum que fuerint, eo agente, incerta, jamque adeo  
 adfecta, maturissime per ipsum esse perficienda confi-  
 deret. Voluntate Catharine, perspecta Pius Archetio  
 hoc tantum oneris imponit, suus uti Legatus ad eam  
 proficiscatur. Que curanda ab eo, et administranda apud  
 illam essent, dat negotium Antonello Cardinali uti  
 describat, homini certe sapientissimo, rerumque, et  
 exemplorum, et omnijs vetustatis peritissimo, qui ab  
 ineunte adolescentia esset in Republica magna semper  
 cum laude versatus, ac difficillimis temporibus egre-  
 giam ei operam prestitisset.

Acceptis mandatis Archetius Szembekium Plothenij  
 Episcopi adiutorem, eoque adeo successorem designatum  
 hominem fidem sibi ac diligentia probatum, Svaravie  
relinquit

relinquit, (id enim jam a Pio impetraverat) ut rei catho-  
lice, et Pontificis max: negotiis ibi, pro Nuncio operam  
daret, quoad ipse abesset: ipse tandem Scropolum vestry  
iter facere cepit Idibus Junij anni MDCLXXXIII. ac uno  
et viginti circiter diebus eo pervenit. Comitum secum Ar-  
chetivius adduxit Franciscum Faghielmium omnium suorum  
consiliorum participem futurum, cui ipse precipue indut-  
gebat, et confidebat maxime. Nam et excellenti est inge-  
nio, ac singulari prudentia, misivis sagacitate, atque in  
agendo solertia, industria, et celeritate. Quis ejus virtu-  
te Archetivius fuerat expertus toto septennio, quo induo  
eum contra beatus Varsovie habuisset, Auditoris, ut  
ajunt loco. Quod sane testimonium optimo, et ornatis-  
simo homini hic debebatur. Scropoles jam ab omnibus  
pulcherrimas videt, et florentissimas, potentissimasque  
Europe urbes numeratur: nec infulse eam quidam  
appellavit Romam alteram sub septentrionibus  
conditam. Et vero uti sedes est claustrini, nostra memo-  
ria, Imperii, ita domitium, atque ars discordie, et  
pernicietis Grecorum Schismaticorum dici debet. Qui  
quam ex fortuna urbium tanto sibi spiritus, tantam-  
que arrogantiam adversus Pontificem max: sumere con-  
sueverat, occupata a Turcis Constantinopoli, Moscuque

43.

a Petro I. part abite, Petropolim spectare ceperunt, cum una  
firmisimum sibi presidium ducere, inque ea conquirere. Ar-  
chiepiscopus ibi Novogordie, conседit, multo proterea Antisti-  
tes, qui in concilium coacti, de omnibus Russiarum Ecclesia-  
rum controversiis decernunt. Sic enim fuit a Petro I. instituta-  
tum, posteaquam Patriarcharum Mosuacensium ille nonum,  
et auctoritatem apud se penitus sustulisset. Ex quo vel  
uno hic cognosci potest antiquitas jam, qui in Russia  
dominatum habeant, summam omnium rerum, etiam  
divinarum, ad se transducere solitos, omniaque ausus  
permiscere. Petropoli est Populus mirum in modum pie-  
tati deditus, religionisque studij Templis, quorum in  
magna est in urbe copia, quotidie patent, maximeque  
celebrantur. Quamplurimos conspiciendi hinc in ipsius fontibus  
hami prostratos, Deum precari. Sepe Christi, ejusque  
Matris Virginis, ac divorum simulacris replete edes  
sunt, ac vic; que pretervitas venerantur. Nihilam  
de Bano divum maxime colunt: nullus est plane locus,  
nullum conclave, nullus angiportus, ubi non ejus imago  
sit, cui lamina sepe incendunt. De rebus divinis sermo-  
nem omnes facile instituant. Quo castius illi tamen, et  
sanctius se Deum colere se existimant, eo minus prof-  
sunt



sunt ab inferroribus abduci, quos cum lacte nutritij suxe-  
 runt, animique illorum cum Pontifici Max: reconcitari;  
 cuius odium hominibus suis plerumque, ac Barbaris  
 pene innatum videtur. His ex rebus omnino erat perti-  
 mescendum, ne parum equis oculis, parumque placatis  
 animis civitas Pontifici Max: infestissima, cum primum  
 illius Legatum adspiceret intra sua menia versari.  
 Eoque Archetlius magis providendum sibi, et labo-  
 randum sentiebat ne quid committeret, quod offen-  
 sioni cuiquam esset, atque id potius consequeretur  
 omni actione vite, ut Pontificis Max: splendor homi-  
 nibus illis laceret, quem si amare nollent, eumque  
 eo redire in gratiam, at eum saltem suspicere, et  
 venerari inciperent; unde reliqua etiam fierent  
 explicatiora. At Archetlio accessit animus mira-  
 que fuit spes, at lacrimasque injecta operam navandi,  
 simul ut Petropolim est ingressus. Non enim solum exte-  
 rarum Nationum Legati, et Ministri, ac rerum pu-  
 blicarum universi Procuratores continuo ad eum grate-  
 latum convenerunt, sed nemo in ipsa civitate fuit  
 aliquo loco, et numero, qui non idem properavit fa-  
 vere, incredibili studio, magna letitia et benevolentia  
 Significatione

Significatione. Imperatrix vero, quae in sua villa mane-  
bat, ab Petropoli longe millia passuum circiter XIV.

(eam veracula appellat lingua Carskojerele) ac-  
tum forte e Finlandia se receperat, ubi cum Gustavo  
Suecorum Rege esset colloquuta, ea inquam Archet-  
tio petenti, sibi ut liceret ad eam publice adire, ut-  
que ei rei ipsa diem constitueret, renuntiari iussit.  
Se quamvis per id tempus statuisset haud Petro-  
poli cogitare, quo praecipuum tamen Pontifici  
Max: honorem, ejusque Legato habeat, libenter se  
instituto suo discessuram, atque ad Idus Quinones  
in urbem redituram, ac eo se die Archetium expecta-  
re. Quae Imperatricis inusitata mansuetudo, atque huma-  
nitas admirationi omnibus fuit. Vbi is dies venit, atque  
Imperatrix adfuit, unus ex Nobilissimis viris qui apud  
illam essent, ad Archetium mittitur, qui eum domo de-  
duceret equis insignitis, curruque aurato. Ister Archet-  
tius illud, satis quidem longam ad Imperatricis usque  
estiva, ejusmodi fuit, ille ut lacrimas vix contineret.  
Quaecumque enim inceperat, agmen perpetuum vidit  
omnis aetatis, generis, ordinis, fortunae Civium, omnia  
que edita loca, unde aliquis esset in vias depectus,  
ab hominibus tenebantur. Ad Pictorium autem con-  
fluere

Fluxerant Principes Civitatis fere omnes, Duceque exer-  
citus, Tribuni, Centuriones, tum præstantissimæ quæque  
Jemine, cultu, ornatuque prope regio. Itaque complere  
vant arces, gradus, porticus, vestibula, edes. Ac ex concto-  
rum profecto oculis, et vultu eorum sensus, et studium,  
prolixaque in Romanam Legatum voluntas perspicieba-  
tur. Tantum est Pontificis Max: nomen, tanta species,  
et Majestas, ut apud inimicissimos etiam sit sancta,  
et agresses quamvis animos demulceat, ad seque al-  
ludat. Idcirco in conspectum Imperatricis ve-  
nit, literas ei reddidit Pontificis Max; quibus Archetium  
diligentissime commendabatur, tum ita apud illam  
verba fecit, ut et suam ipse retineret dignitatem, et  
Imperatrici gratas ejus sermo adcederet. Ma usi Ar-  
chetium audierat vultu quodam familiaris, ita comi-  
ter ei admodum, suaviterque respondit. Paucis post  
diebus filium Imperatricis Paulum, Magnum Præfæ  
Ducem, uxoremque ejus quam convenisset Archetium,  
et ad utrumque epistolas Pii VI. detulisset, humanis-  
sime est ab eis etiam, atque honorificentissime accep-  
tus. Quibus rebus confectis, Archetium id aggressi Sta-  
tim volebat, cuius gratia, eo, tam longe, esset missus.  
Itaque ad Altermannum Comitem, qui pro cancellario  
est

est Imperii, se consulit: sine quo nemo cum Imperatrice colloqui, nec agere quidquam apud eam potest. In hunc apud se instituit morem, ut Mercurii quoque die, exteros rerum publicarum Ministros apud se ce ratum invitet. Qui si ab Imperatrice quid velint, cum eo, per id tempus conpamiant: octavo ille post die Imperatrici sententiam renunciat. Ad eum Archetius quum accessisset, demonstravit, paratum se esse ea facere, que Imperatrix petisset. Pontifexque Max: sibi mandasset: orare se eum ut id Imperatrici referat, simulque illam roget, ut quod Pius attendit, se facturam, quamprimum Polocensibus Catholici Archiepiscopum restituat. Ad omnium maxime intererat, urgendamque Archetii occasionem existimabat. Cetermannus ei ab Imperatrice retulit, ne diutius perturbaretur animo vel ipse, vel Pius de Polocensium Archiepiscopo: Imperatricem confirmare, propediem futurum, illi ut eum recaperent, evocatos, preterea Statione Duneburgo Beniflawskium, atque ex Chersoneso Tunicia Siestrancevicium, quo Archetius sua obire mandata celerissime posito.

Siestrancevicium ex diijunctissima regione, quum tenai admodum ipse esset valetudine, aliquanto serius

post duos circiter menses adfuturus videbatur, hinc se statim in viam dedisset. Eo autem ille ierat a Potemkino adductus summo viro, tota Prussia gratie, et potentie, qui omnino secundum ab Imperatrice gradum tenebat, acerrimo et sane ingenio, incredibili robore animi, ac virium. Ejus cum in omnibus rebus precipua erat auctoritas tum in iis, quae ad Religionem pertinerent, nihil sane Imperatrix, nisi de ejus sententia decernebat. In ceremoniarum, et sacrorum scientia, ita se jactabat, ut omnes admirarentur in belliosissimo exercitui dote tantum illarum rerum studio.

Horum Archetii aduentum aspectans, (nam ne de Polocis quidem Archiepiscopo sperandum erat, ut conficeretur, Potemkino absente) interim catholicis hominibus, qui Petropoli essent, ad decem millia numeris, suam dare operam constituit.

De his quum Archetius diligenter quaeiret, sic reperiebat: tanta multitudinis vix quartam partem avite pietatis, ac Religionis memorem, ventitare ad templum sacri interesse, illaque obire, quae Deus ipse ad suum cultum pertinentia nos docuit, ceteros copiam nactos omnem libidinem explendi, quam voluptatibus corporis, nullo prohibente, nec interpel-

47

lante se toto dederint, lumen animi extincte, nec se  
colligere unquam, nec ad Deum respicere; longinque  
etiam consuetudine cum aliene religionis hominibus,  
plane obduruisse, neque nostrorum sanctitate my-  
steriorum, ac maiestate vel leviter tangi, in eam-  
que opinionem venisse, nihil Deum animadvertere aut  
curare, qui calum sibi, quique honores adhibeantur.  
Quorum pene desperata salute, in illis saltem confir-  
mandis, ne quid ex aliorum contagione incommodi  
acciperent, omnem Archetypis indignam posuit.  
Honestissimos illorum ad se evocatos sepe cohortaba-  
tur, ut cogitarent in medijs se hostibus versari, in  
eorum habitare oculis, nullumque suam factum  
latere posse vitia autem eos acriter docebat, atque  
acutius in Nobis, quam recta videre, ac si quid sit,  
in quo offendant, id etiam illa, que sint laudanda  
obruere, magnamque infamiam in nostram Reli-  
gionem permanere ex corruptis nostris moribus;  
nam quod nostris solum culpe sit tribuendum, in  
religionis id, quam profiteamur, contumeliam ab  
ejus inimicis verti. Commemorabat preterea, ut Ethi-  
corum olim animos, adversus Christianam Religionem  
inflammatos, nostrorum virtus demisigant, ablexitque  
pualtim

48.  
paulatim etiam ad eam amplectendam. Exoptandum  
nunc esse agebat, uti Præsi nostrorum quoque consuetu-  
dine devincti, nostræ innocentia, vitæque integritate per-  
specta, dolere incipiant, talium se ab Ecclesia abjef-  
tos, pacemque a nobis petant: in quam curam ipsi  
esse incumbendum: puellam, ut memorie prodicun-  
est tantum valuisse, ut Iberorum gentem ad Christianam  
traduxerit: nihil non posse quamvis rudes, et abjectos  
homines Dei auxilio fretos.

Hæc similiæque in eandem sententiam illis præsertim  
Aschettius inculcabat, a quibus nostrorum plurimos,  
apud quos auctoritate ipsi, et gratia possent, in of-  
ficio continendos speraret. At omnium maxime sa-  
cerdotes, qui Propoli essent nostris præfecti, admo-  
nendos sibi, et excitandos, et confirmandos Aschettius  
existimabat. Quam ob causam, eos domum sepe  
arcebat, tum ipse ad eos ventitabat, familiariterque  
cum illis colloquebatur. Demonstrabat, religionis  
primam ipsis debere esse dignitatem. Ecquod esset  
Seculus, si quam ei labem sui ipsi moribus adpor-  
gerent? Quam nec esset ferendum, si eorum, qui  
a veritate longissime abstant, sacerdotes probabi-  
liorem vitæ causam tenerent, quam ipsi sanctissime  
alumni

alumni doctoresque adeo disciplinae? Neque in proca-  
 randa vero hominum salute, pro qua Christus vel cru-  
 delissimam mortem alacri, et libenti animo appetisset,  
 ulli debent ipsi, aut animi, aut corporis laboribus  
 defatigari, aut incomodis deterreri. Spectarent ea pre-  
 mia, quae forte Christi milites amplissima, post hanc  
 vitae angustias manerent. **Ab** quo majorem vim ora-  
 tio haberet, exemplo etiam sibi esse animos permoven-  
 dos Archettius duxit. Itaque festis diebus omnibus,  
 magna numerorum frequentia, in templo ad aram ope-  
 rabatur, sacraque omnia, ubi opus foret, diligentis-  
 sime administrabat. Si quos pauperes esse sciret pe-  
curia eos sublevabat, quantum suae quidem facult-  
tates patiebantur, nemini non ad eum facilis fuit  
 aditus, qui ab eo aut consilium, aut consolationem  
 peteret. Quumque Archettio esset notum cere-  
 moniarum nostrarum, ac rituum magnificentissimo aliquo  
 adparatu ipsos interdum sanctissimos et sapientissi-  
 mos homines, (in quibus Dignus Franciscus Salesius, qui  
 sane unus instar omnium esset) ad illos quoque reci-  
 piendos, qui a nobis deservissent, quod hi nimirum tante  
 sepe numero maiestate percassi, divinum subesse a-  
 liquid, cui parere oporteat, conficiant; naque id pro-  
terminandum

mittendum Archetivius statuit. Itaque cum veteris  
 templi, quod et angustum, et in interiori edium, quae sa-  
 cerdotes incolerent, parte esset constitutum, partem opti-  
 matam nostrorum, iidemque pietatis studiosiores, novum  
 aliud omnium urbis templorum pulcherrimum collata  
 pecunia, edificandum curassent, via publica, maxi-  
 meque nobili, et celebri, Archetivius quovis magno  
 opere fuit, quod adventu suo, non multum superesset  
 operis. Ac ut brevi perficeretur, quum a Fabruo pre-  
 fectis impetrasset, qui ejus excitati viribus, nec diurno,  
 nec nocturno labori pepercerunt, ipse Archetivius tem-  
 plum consecravit, ac dedicavit. cui gravissimae cere-  
 moniae interfuerunt exterarum nationum catho-  
 licarum ministri omnes, ad visendum etiam accef-  
 serunt complures Prussi Principes rei novitate, ac  
 specie commoti. Archetivius adhortatus presentes est,  
 (spanicis quidem, nam longiorem orationem tempus  
 non postulabat) ut ad templa Dei immortalis domi-  
 cilia, caste, pureque adherent

Anterea illa praesertim cura Archetivii animo infide-  
 bat, cognoscendi, si qua possent Prussi via in con-  
 cordiam Pontificis Max. reduci, a quo essent misera-  
 bili quodam errore distracti. Non quod tante magni-  
 tudinis

tudinis, ac difficultatis rei conficiendae parum se solum  
 putaret. (cujus ita tamen ardebat studio, ut ne ullos  
 pro ea cruciatus, nec vitæ discrimen ullum reformidaret)  
 nihilominus suas esse partes judicabat, aditus ad eam  
 omnes querere, et, quoad posset patefacere. Quo certe  
 consilio omnia Petropoli odorabatur, et peruestigabat,  
 omniumque sensus, ac voluntates, ac ratas, plurima se  
 ab Novogardiæ Archiepiscopo, quem Petropoli habere  
 domicilium supra dictum est, posse elicere, mente  
 agitabat, quæ cum eo congrueretur in ejusque se om-  
 nino familiaritatem influeret. Quam Archetti cupiditatem  
 augebat, quod ex multorum ad eum sermonibus  
 de singulari illius prudentia Archiepiscopi, ac morum  
 suavitate perferebatur.

Sed causam ejus conveniendi aliquam opponeretur, quæ  
 sua in eum observantia officio solum tribueretur a Sædij  
 Principibus, omnia circumspiciantibus, eoque ipsi etiam  
 jucunda adideret. Hæc cogitati res fuit opportunissima  
 oblata. Nam quum ad Imperatricem Archettius venisset,  
 illi ut gratularetur, quod repte paulo ante fuisset aucta,  
 eoque die infantula baptismo ablueretur, in Archiepi-  
 scopum Novogardiæ incurrit, qui forte Sænis confectis,  
 medicis duos inter Antistites, eo accepit, ubi frequens  
 no bilital

nobilitate aderat, atque una Archetiius. Qui statim ut  
 eum conspexit, ei se obtulit, salutemque impertit. Summa  
 comitate: qua ille captus, quum restitisset, eumque aman-  
 tissime resalutasset, aliquandiu sunt simul colloquuti:  
 atque ille his verbis ab Archetio descepsit: commendamus  
 nos amori tuo. Quo Archetiius facto tempus, in quod a-  
 nimo imminabat, se nactum existimans, haud illum di-  
 misit. Itaque paucis diebus post, ad Novogardie Archie-  
 piscopum fidenter adit amplissimo is Monasterio  
 preerat Alexandri, ut appellatur Nuuskii, quia Pluribus  
 Divorum numero habetur, ibique habitabat.

Haud parva is quidem signa letitiae dedit, qua affi-  
 ceretur, quod Archetium, Pontificis Max. Legatum, apud  
 se videret. Quum uterque confedisset, multis verbis ut-  
 tro, citroque habitis, sermo fuit ab Archiepiscopo illatus  
 de vestibus, quas diversas ad sacra, adhiberent Praeci-  
 Episcopi a Latinis: ex qua ea sane illi orta est cum  
 Archetio disputatio, quam huic silentio preterire non  
 dedimus, est enim omnino literis, memoriisque digna.  
 Quum itaque Archetiius disisset, nullius momenti esse,  
 Episcopos earum nationum vestitu inter se discrepare,  
 modo omnes consentiant iis in rebus, quae ad fidem  
 pertinent, quam recte quidem Paulus doceat unam  
 esse

eye oportere, quod unus, nec se vero dissidens, est  
 perpetuo sibi constans Deus. Sit ille respondit: Christiani  
 nos fere omnes id, quod suam inter sit salutem, tenere,  
 Deum esse, eundemque unum, tum Christum ejus  
 filium e celo in terras delapsum, hominemque factum,  
 nos uti, servitute Diaboli oppressos, in libertatem vindicari  
 caret, suoque eum supplicio Patrij. Numer in nos offensum  
 placasse, indeque nos peccatorum abluui sordibus, cumque  
 Deo redire in gratiam, beatamque immortalitatem ad-  
 pisei. Alij de rebj certent licet inter se Christum, haud  
 esse propterea magnopere laborandum.

Atque non ijs solum, quae Archiepiscopus commemorasset, fidem  
 contineri illorum posse, qui Christi discipline inherant,  
 ait Brehettus. Neque enim illa tantum profecto Christum  
 docuisse: cum vero jusse Apostolos, tum qui consequentibus  
 temporibus, quoad mundus staret illis succederent, uti civi-  
 tarum gentium hominibus praecipere, ea servare omnia,  
quaecumque sibi ipse mandasset, quem ad finem ejus se  
 perpetuo ad futurum sit pollicitus. Nunc Hymenaeum, et  
 Philetum eam ob causam fuisse a Paulo e Christianorum  
 societate ejectos, quod resurrectionem mortuorum jam  
 adidisse existimarent: adeo a Christianis requiri,  
 multo ut pluribus quam quae Archiepiscopus propo-  
 neret

noneret ad sensiantur. Nil majore cura a patribus fuisse,  
 quam ut idem ipsum Christiani plane omnes dicerent,  
 nec ulli eorum inter controversias, dissensionesque extarent; ac  
 si qui contraria his, quae ipsi tradidissent, differere aude-  
 rent, notum esse, quem vehementer Christianos hortare-  
 tur, praecipue Paulus, uti omnino ab illis declinarent  
 eorum aditum, sermonemque defugerent; vel si Angelus  
 is, e caelo missus fuisset, uti nec ejus rationem haberent  
 ullam. Quod si diligentius consideretur, facile respiciri,  
 eos, qui suam fidem his solum terminant decretis,  
 quae maxime necessaria ipsi judicant, plerosque nec de  
 his quidem recte sentire. Socinianum, exempli causa,  
 qui Christum negat Deum esse, quantum de Incarna-  
tionis veritate deminuerit. (quantum etiam Luthe-  
 rianos, et Calvinianos, qui tot portenta somniant de  
 fructu, quem ex Incarnatione homines percipiunt, de  
Sacramentis, quae ex illo fonte promanent. Nempe in  
 Religionis doctrina etiam, ut in reliquis, continuatio-  
 nem esse quamdam, seriemque rerum, ut omnes inter se  
 apte, colligataeque sint) Mirari se autem adiecit  
 Archembius, quod in iis, quae ad Christianorum salutem  
 pertinerent, illud Archiepiscopus praeterisset, quod  
 tenendum sit unam esse Ecclesiam Christi, non

plures. Nihil esse tam clarum, tamque testatum in Sa-  
 cris literis, ubi Christus Ecclesiam, haud quidem Ec-  
 clesiam dilexisset, proque ea mortem subijse dicatur, Ec-  
 clesiam voluisse prestare immaculatam, et sanctam  
 tum Ecclesia appelletur Columna, et firmamentum  
veritatis: eadem praeterea unius domus, unius familiae,  
unius civitatis, unius corporis imaginibus adumbretur.  
 Quae cum ita sint, merito laudandos Pontifices maximos,  
 qui pacis, et concordiae cum Graecis auctores semper fuy-  
 sent, dexteramque ad eos recipiendos semper tetendif-  
 sent, quo ex omnibus una illi Christi Ecclesia consti-  
 retur. Haud multum de his, Archiepiscopus respondit,  
 Preciosa latinis discedere: praesertim quidem de proce-  
 dendi modo Spiritus Sancti pugnatam inter eos a-  
 criter, ac diu. Qua in controversia se ita statuere:  
 quum de re perobscura, quae que adeo humane cap-  
 tum mentis longissime superaret, agitur, non alij eam  
 verbis proponendam, quam quibus apud divinos  
 Scriptores assertur. Qui certe id habeant, Spiritum San-  
 ctum a filio mitti, ac de eo accipere: tum vero illos  
 solum, quod a Patre il procedit. Itaque haud nobis  
 esse ab hac loquendi ratione discedendum: ac temere  
 satinos fecisse, qui illa a Filioque intexissent. His

His ita Archiepiscopus respondit: Archiepiscopum non  
debere esse nepotium, ista ab Arianis quondam objici  
solere, filium non esse appellandum ονοςβιον, quod  
ejus vocis nulla usquam fiat in divinis libris mentio.  
Quibus fortissime Athanasium, Basilium, Nazian-  
zenum, aliosque magistros, etque nobiles Patres testi-  
fuisse. Hoc itaque nunc se contendere, quod illi dice-  
rent, hinc Pontificibus Ecclesie, idque adeo illorum  
esse munus, que sunt scripturarum latebris occul-  
tata, ea proferre in lucem, ac explicare vocibus quam  
maxime accommodatis, quarum quum vis, et sententia  
in scripturis contineatur, quid esse, quod egre fere-  
mus literas, et syllabas, quibus voces componantur,  
in illis non reperi? Nimirum uti novis morbis  
nova adhibetur medicina, uti hostibus novam  
oppugnandi instituentibus rationem, novis malicio-  
sibus eorum est impetus reprimendus, novaque  
ineuntibus consilia, novis artibus occurrendum ita,  
quod Hilarius precipiebat, ad novas hereses profligandas,  
novis interdum vocibus utendum. Quare,  
quum Spiritum Sanctum non a Patre solum, sed  
a filio etiam procedere tum scripturae significantur.

tum Majoris nostrae jam ab ultimis inde tempori-  
 bus aperte tradiderunt, non esse reprehendendos La-  
 tinos, qui ea formula cavendum judicaverunt, uti in  
 ea questione, quae ad immortalis Dei naturam spectet,  
 ne errantem, et vagam, est uti certam, stabilemque  
 haberemus sententiam. Nevinam, ait tandem Archetius,  
 pax Graecos inter, et Latinos confirmaretur, quae quidem  
 si sua posset morte representari, libenter se omnibus  
 supplicii corpus offerre.

Majus esse hoc quiddam ait Archiepiscopus, quam  
 ut ab uno homine, quamvis excellens, divinusque sit,  
 confici queat. Ceterum unamquamque fere Ecclesiam  
 in plures diversam partes: ita apud se evenisse, ita apud  
 Lutherianos, et Calvinianos, ita etiam apud Latinos, apud  
 quos Janjeniani omnia perturbent, plurimamque rebus  
 publicis detrimenta importent.

Ecclesiam Christi diversam non esse, nec esse vero posse  
 inquit Archetius. Eam namque esse Regnum, quod  
in aeternam non dissipabitur, ut est apud Danielem,  
 regnum autem divisum stare non posse, ac cito interitu-  
 ram, quid ignoret? quod etiam, ut minime dubitan-  
 dum adversus Iudaeos ipsum Christum posuisse.

Apud

Apud nos Latinos unum esse omnium sensum om-  
nes verbum Evangelii per os Petri audire, et cre-  
dere, per os Petri inquam, qui divinitus ad id mun-  
eris electus, in suis adhuc successoribus Romani Pontificibus  
vivit, et presidet, uti ad Eutychetem  
Petrus Chrysologus scripsisset. (Janseianos vero perdi-  
tissimos homines, Ecclesie Christi perniciosos, ab ea ex-  
terminatos, nec jam illius magis esse Cives, quam Simonia-  
ni, olim Menandriani, Cerinthiani, ac relique ejusmodi  
label fuerint.) Haud minus veram esse Ecclesiam,  
quamvis multae in ea hereser orientur, quae ne oriantur pro-  
hiberi nequeat, quam sit recipere ut veniant scandala,  
uti est a Christo predictum. Sed unitatem Ecclesie  
hoc maxime constare, quod cum Romano Pontifice, cui  
vicarias suas partes in terris Christus derulerit, tam-  
quam cum capite membra, reliqui Episcopi, et fideles  
cohaereant, ex quo pulcherrimum illud, omnibusque parte-  
bus vive consentiens Christi corpus efficiatur, qui ipsius  
alatur spiritu, et vigeat.

Vicaria eajusquam opera Christum non egere ait. Ar-  
chiepiscopos: ejus enim, ut Dei infinitam esse vim.  
Cum vero omnibus Apostolis Ecclesiam gubernandam  
tradidisset

tradidisse. Non se infician, Sanctissimum Papam (hoc  
 semper nomine appellare Pontificem Max. consueverat)  
 suae Ecclesiae caput esse, aut unumquemque Archiepisco-  
 pum perinde esse ejus Ecclesiae caput, cui regende pre-  
 sit.

Sed neque Apostoli, et Episcopis, tamquam Ministris,  
 in sua edificanda Ecclesia, Christum equis, archet-  
 tui respondit. Eum potuisse homines singulos ipsum  
 per se docere, quae vellet: idcirco ne Apostolorum, et Epi-  
 scoporum esse operam ab Ecclesia retroverendam? Non  
 quid possit Christus, at quid constituerit, quid egerit  
 haec esse spectandum. Eum posse in Ecclesia tum  
 Apostolos, tum Pastores et Doctores, nempe Episcopos:  
 At Petro uni hanc tantam impausisse personam, ut  
 oves suas omnes, nullo cuiusquam habito discrimine  
 pasceret, uti Suos fratres confirmaret, Petro inquam,  
 tum qui ei succedant Romani Pontificibus. Quod si  
 vero non sub uno capite, omnes Ecclesiae, tamquam des-  
 persa membra redigantur, sed illarum unaquaeque suum  
 caput Episcopum, aut Archiepiscopum habeat, quae  
una consistet et Ecclesia Christi? Colloquium non  
 diremit: sed Archetio ille patet usus est, nemine ut  
 videretur

videretur aut familiaris, aut libertinus. Itaque alios  
sepe inter eos sunt illa eadem disputata, quod nullum  
sane tempus pretermitteret Archetius ei persuadendi,  
uti pro sua dignitate, et auctoritate eniteretur ad pa-  
cem conciliandam. Ille quidem fatebatur, eam, quam  
nos Latini tenemus Religionem, esse optimam: ac ita  
etiam sentire. Archetius vidit complures alios Papho-  
rum Antistites, quos Sciropoli sibi oblatos, omni officio-  
rum genere est prosecutus, atque ad concordiam vehe-  
menter impulit. Sed si ab illorum animi error auferri  
non potuit, quod hominibus nullo scelere contaminatis,  
justis, ac bonis, hiet ab Ecclesie Capite separatis, regum  
tamen parere existimarent.

Quae res illos tardiores, frigidioresque ad agendum cum  
Archetio de pace efficiebat.

Ab ea autem se omnino deterreni calumniabantur po-  
puli metu, qui certe rudis, immanis, superstitiosus, acer,  
quod in Latinos odium a parentibus suscepit, id ve-  
neat deponere. Eo se quoque prohiberi aiebant,  
ne Pregonianam Kalendarii emendationem, cuius ipsi  
essent cupidissimi, adesseerent, in magna quoque potius tem-  
porum perturbatione, et confusione versari.

Eadem populi timore adfuit ipsos Civitatis Principes  
Archetivius sensit, apud quos quum se eis gratiosum jam  
intelligeret, testabatur, nihil Pium VI. optare magis,  
quam uti Prussos, Filios sibi multo christianos recuperet,  
nihilque ea re docebat posse esse Catharinae II. gloriosius.  
Sed hos, ne Nobiscum conjungerentur omnium maxime  
avocabat, quod nolent animos offendi Praeforum, qui in  
nibus Turcarum versantur, quos potius sibi adjungi ami-  
cos curarent, quod eorum opera uti sperent, si quando  
Turcas de Europa dominatu pellere aggrediantur. Ita  
que, ut sui desiderium illis injiciant, id maxime abtentat,  
quam primum fore ut ipsorum auspiciis, libertatem illi,  
ac veterem gloriam recuperent: tum vero illorum se ac-  
adamare cultum preceperunt, eorumque de Religione  
sententias, instituta, mores defendere. Qua mentes num-  
mos etiam cuderant, in quibus Catharina II. expressa  
conspicitur Praefos e catenis educens, ab iisque sep-  
trum accipiens: in quibus nummis haec sunt inscripta:  
Vere Prosecuri Religiois. Sed de his hactenus: ad  
religiosa explicanda pergam.

Sicstrzewicium, et Benistawskium, quae e diversis, ac  
remotissimis regionibus Petropolim ab Imperatrice ar-  
cepit

cepit, supra dictum est, eo tandem venerunt Archat-  
 tius statim intellexit, quam esset Sierzenewicium tam  
 Imperatrici, tum universis Principibus jucundus, qui ejus  
 consuetudine mirifice capiebantur, ac magno cum usque  
 honore adficiabant. Nam præter ingenium, linguarumque  
 scientiam, quibus ipsam excellere supra docuimus,  
 erat is certe blandus, comis, perurbanus, ac temporibus,  
 et cuique hominum nature callidissime inserviens.  
 Hoc vero illi maxime in eo admirabantur, quod huma-  
 nationibus esset litterarum, ac Philisophicæ, et geometriæ discipli-  
 nis instructus: quarum ne ullum quidem vestigium  
 apud suos Sacerdotes cernebant.

His de causis, nulla sane Archetio facultas dabi-  
 tur quidquam in Sierzenewicium agendi, ut is non-  
 ne preteriretur, aliquisquæ ei, aliquis indereretur.  
 Etsi id percupere Pontificem Max. Suebat, cui in-  
 sus animo hæret ille dolor, de quo Pluribus, et sepe-  
 jam diximus. Quia de eo si quidem scire ausus fuisset,  
 omnia perturbatum ire videbat. Quamobrem op-  
 timum factu esse duxit Sierzenewicium omni co-  
 mitate, et officiorum genere sibi devincire, quo Secum  
 consilia conjungeret, ac illam, qua floreret gratiam ad  
 rei

rei catholice emolumentum converteret.

Hanc Archetiius Petropoli omnium Principum animi insitam opinionem reperit. Nestrozence wicium, et nomine, et potestate jam dudum Mohilowit, esse Archiepiscopum, ex quo eum ita Imperatrix in suis decretis appellasset, hocque illi unum, ad speciem quamdam, et ornamentum deesse, ut Pallii insigne ab Legato Pontificij Max. acciperet. Est enim a nobis animadvertum nihil humani esse, divinique juris, quod non Imperatrici dominatu contineri poterit. Itaque ad illam opinionem evelkendam, multa opus fuit Archetio industria, multaque orationis gravitate. Eam illi tandem remittere visi sunt, eamque Archetio veniam dederunt, ut que res Catholica postularet, queque essent ex Romane Ecclesie institutum, et preceptis, ea omnia publice, aperteque ageret. Quod certe mirandum est, in difficillimis temporibus, atque hominibus, ac in civitate, que tantum a nostra consuetudine, ac studiis abhorreat.

Archetiius, uti via, atque ordine procederet, Mohilowit Ecclesiam Archiepiscopalem declarandam primum summum statuit. Itaque duos Petropoli nactus integrimos

62  
gerrimos, atque optimos viros, Sacerdotes Albæ Pussie,  
eorum locorum apprime quæros, ex illis ad se evocatis,  
postquam ejurassent calumniam (quod ita sit a  
majoribus cautum) diligenter multa de Mohilowia  
quæsitit: æqua esset oppidi amplitudo, quæ celebritas,  
qui hominum cultus, qui templorum numerus, quæ  
magnitudo, qui splendor. Ex quibus certior est factus,  
nullis repugnare exemplis vetustatis, nullisque nostris  
legibus, quod Archiepiscopale in illam Urbem nomen, ac  
dignitas induceretur.

Ac de censu ejus, quicumque deinceps foret Archiepi-  
scopus, jam ita constabat, ut nullis dubitandi relinque-  
retur locus. Quod enim anno MDCCCLXXIII, Sittenæ ad  
Czerwicewium Pussie Albæ Prefectum detis Cathari-  
na, privatim quodammodo jussit, ut Pontificii taxina-  
rum partium, qui domicilium Mohilowis haberet, ren-  
naa decem milia rubla ex erario suppeditentur,  
id inquam proximo anno publice confirmavit, diplo-  
mate illo IV. Id. Maj., ad cuius sanctitatem nequid  
desisset signam est ei Senatus adpositum.

Et de Collegio Canonorum Mohilowis, constituendo ve-  
hementer arguebatur Archetimus. Nam illarum consilium,  
et

et opera opera pretio esse Archiepiscopo debet, si quando  
 eam flagitet, ac profecto, sine illij, multum presidij,  
 et ornamenti Ecclesie Mohilowiansi desuisset. Atqui  
 nec fundi, nec pecunia suppetebat, unde iis ad usum  
 vite, cultumque Archetii prospiceret: nec ulla vero  
 usquam erant Sacerdotia in Alba Prussia, quibus cu-  
 ra non esset animarum adjuncta, que ille idcirco pos-  
 set Canonij adjudicare. In hij rerum angustiis, quam  
 Archetii omnia perscrutaretur, inveniebat tamen, in  
 Sacerdotiis Albe Prusie, octo esse ampla, atque opi-  
 ma, Preposituras nempe Mohilowiansem, Orunensem,  
 Nowelensem, Lucinensem, Duneburgensem, Marienkan-  
 sensem, Miusslawiensem, et Siebezenensem: quibus ii,  
 qui predicti essent, plerumque ob illam ipsam copiam,  
 minime receptum pastorij officium, ac munus exe-  
 quebantur, sed oves suas mercenariis dimittebant: quanto  
 harum vero incommodo, ac detrimento quisque po-  
 test facile colligere.

Quibus rebus cognitis, tenere se Archetii, quam  
 optabat, rationem existimavit Collegii instituendi  
 Canoniorum. Nam si ita cujusque illorum sacer-  
 dotiorum bona divideretur, uti pars ei alendo ad-  
 signaretur

Signaretur, qui illud susciperet, secundum Concilii Tridentini  
 modum, quae reliqua adhiberetur. Canonico, videbat Colte  
 quum acto Canoniorum subito Mohilowie, existere. Quod  
 Consilium eo magis Archetio probabatur, quo per id etiam  
 nequitie medebatur illorum, qui ea post haec sacerdotia  
 spectarent, ut eorum opibus abaterentur, ad mollior,  
 delicatque vivendum. praeterea Sacerdotum numerum  
 in Prussia Alba augebat, quae res multum interesset ad  
 eorum Catholicorum salutem. Itaque haec dubitandum  
 statuit, quin ita faceret.

Sed ipse illorum Sacerdotiorum possessores exorbare  
 inde non poterat, ne ii quidem passim fuissent, fortunas  
 se comminui. Quamobrem, quae una restabat via, novam  
 explorata, et perspecta voluntate, Archetius eos singu-  
 los Canonicos Mohilowieenses renunciavit, sic ut ex ipsis  
 quatuor appellarentur Dignitatos, ac unus Propositus,  
 alter Archidiaconus, tertius Castus, quartus Scholasticus  
 vocaretur. Nidemque omnibus imperavit, uti curanda-  
 rum animarum, quae cuique obtigerat, provinciam  
 idoneis interea hominibus admittendam tradant,  
 secundum Benedicti XIV. Pontificis Max. decreta IV.  
 Non. Septemb. anni MDCCXII, ubi vero eorum quae  
 quam

quam, aut de veteris sacerdotii possessione deceperit,  
aut de veteris sacerdotii possessione deceperit, aut  
diem supremum obierit, Nistrancevicium iussit  
partitionem illam honorum facere, quam indicavimus.

Collegio Mohilowic Canoniorum ita constituto, jura  
Archetti, legesque descripsit omnino temporibus ac-  
comodatas, ac Tridentini præsertim Concilii, et Pontificum  
Maximorum Decretis, præceptisque majorum conferta  
neas.

His explicatis rebus, ut Mohilowic Archiepiscopatum an-  
deret, diplomate sibi id faciendum intelligebat.

In quo certe exarando plurimum adhiberi oportebat  
cautionis, et diligentis. Nam primum tam immensa  
spatia, ad que Russorum dominatus pertinet, sub  
unius Pontificis ditionem subjungere id projecta  
nostris institutis, consuetudine, quin a ratione ipsa a-  
bhorrebat. Contra Imperatrix in eadem sententia per-  
manere Archiepiscopatu uno Mohilowicensi, in sua  
regno, contentos debere esse. Itaque sic Diploma Archet-  
tius conscripsit, ut non terrarum regionibus, sed certis qui-  
dem hominibus potestatem Archiepiscopi terminaret,  
decerneretque solum, ut Catholici latine discipline om-  
nes

nes, qui in Russi Imperii finibus versarentur, ei partem  
subissent: Tum vero illud sollicitie ejus fuit cavere, ut  
Pontifici Maximo esset integrum, minus dum temporibus,  
Religionis Catholice statui in Russia melius consule-  
re, easque partes pluribus Episcopis custodiendas distri-  
buere.

Hanc precipue ob causam, ut illa valerent, que in Bre-  
vi Pontificis Max: ad se scripto sapientissime fuissent  
addita: = in amplissimo totius Prussie imperio, novus  
a te creandus Archiepiscopus suam possit supra  
Catholicis latini ritus ordinariam auctoritatem, et  
jurisdictionem exercere, quoadusque altera nobis a-  
ctis Catholicis Episcopos deputandi se se offerat oc-  
casio ac donec aliter per hanc Apostolicam Sedem  
venit dispositum: = hec inquam ut valerent, tum  
vero ut quidquid ipse decrevisset adprimo eidem Bre-  
vi congrueret, eoque omnia referrentur, Archetius illud  
in suo diplomate intexendum existimavit. Sed verba-  
tur, ne qua in ea Formula Invidiositas, et Suspici-  
bus Prussie Principibus displiceret, quos quidem celo-  
ri diploma non poterat.



In quibus hoc primum, atque omnium maxime Archetium flagitarunt, commentario etiam in eam rem, Imperatrici nomine ei tradito, uti illud templum Mohilowię Archiepiscopale diceret, quod Dei Matri Virginę in Cælum receptę esset dedicatum, nobile, et magnificentissimum, atque idoneo situm oppidi loco, præ altero Divo Stanislai parvo quidem, ac veteri, minusque illustri. Nam Archetius, quod illud ad Sodales Carmelitas pertineret, quos inde ejici volebat, ratus eorum operam utilem esse Mohilowiensibus Civibus, necessitate compulsus in Divo Stanislai, quod Parochus Civitatis, sive ut nuncupabatur Prepositus obtinebat Archiepiscopalem Sedem collocandam statuerat. At Imperatrix ejus præsertim rei causa Dei Matri templo hanc accessionem fieri dignitatis optabat, quod cum sacrificia sicut zencewicio, Pontificali ceremonia factis, ipsa interfusisset, una cum Josepho II. Romanorum Imperatore, quo tempore Mohilowię resitit, ex eo dicebat templum illud jure suo ab Archetio potere, ut ne aliud sibi præferret. Itaque Archetius ubi aliquandiu repugnasset, denique est Imperatrici adensus. Neque tamen omni id fructu caruit. Nam Sodalibus Carmelitis in alia sui Ordinis domicilia

dormiilia commigrare jussit, in eorum edibus uti Cleri-  
corum Seminarium constitueretur Archetius imperavit,  
quum nullus antea vacaret Mobilowic locus, qui ei adri-  
bueretur. His rebus gestis, quum jam Archetius pro com-  
perto haberet, nihil esse, quo Principum animi offenderen-  
tur in suo diplomate, quo Ecclesiam Mobilowicensem Ar-  
chiepiscopalem faciebat, nihilque vero in altero, quo  
Siestrzencewicum Archiepiscopum renunciabat, antequam  
ea obliquaret, ederetque, diem volebat constitui, quaij-  
se Pallium Siestrzencewicio publice imponeret: idque  
maturare Archetius studebat, Warszawiam nimirum  
spectans, eoque celerime redire cupiens, ubi rem Catholi-  
cam sui desiderio oblanguescere sciebat. Hyems vero  
impendebat, quo tempore anni, maxima illij in Regioni-  
bus Frigorum usq, niviumque altitudo omnino ei reditum  
interclusisset.

Quod magnum, quod Archetio ortum est certamen cum  
Principibus, ob sacramentum, quod Pontifici Max:  
dare Siestrzencewicius deberet, eum Petropoli diutius  
remanere compulit. Quum enim sit ita in libro Ponti-  
ficali preceptum, ut quo die quis primum Pallio indui-  
tur Sacramenti certa forma suam Pontifici Max: fidem,  
antioxinexu obliget, Archetio Pius mandaverat, ne commit-  
teret, ut ab illa multarum & tatum consuetudine sapien-  
tisque

tique instituto Nestorencivicijs discederet, et Gallitinijs,  
 qui Imperatricij erat Vindobonę Legatus, nescio quam de  
 causam alicujus re rogatu, an sua sponte, formam sacra-  
 menti illam Gallice redditam, Imperatrici miserat, idque  
 suę literę vicijs est significare, quod in Germania fuerit  
 illa ab Josepho II. de medio sublata. Qua re Ottermannus  
 Archetium die quadam, apud se, improvise adortus,  
 Imperatricij ei verbis retulit, ne graviter ferret, si a  
 quo sacramento prohiberentur Episcopi in civitate  
 catholica, eo Nestorencivicijs Petropoli abstineret, si-  
 mulque demonstravit, quę Imperatrix a Gallitinijs  
 accepisset Archetius nihil ea oratione perturbatus,  
 ita respondit: non se quidem inficiari Josephum II.  
 ejus sacramento solemnem religionem apud se olim  
 antiquasse; at id quoque exploratum se habere, quod  
 ille, Pii VI. fractus rationibus, cessisset, edictoque suo  
 pristinum morem retulisset. Id ubi intellexit Ottermannus,  
 non tamen acquievit; sed locorum esse habenda  
 rationem dicebat, non idem esse Pontifici Max: Petro-  
 poli concedendum, quod ei apud Catholicos tribuatur:  
 videri omnino sibi, id sacramentum, quod Pontifex  
 Maximus ab Episcopis repetat, ei sacramento adver-  
 sari, quo suis illi Principibus fidelitatem profiteantur;

atque

acque unum pugnare cum altero: cujus rei causam haud  
 posse Imperatricem sinere, uti Nestorense vicium, aut quicquam  
 apud se alius ex eo vinculo, quo secum sit adstrictus,  
 quidquam laxet: hac itaque in re Pontifex Max. transire  
 faceret. Quae ubi Ostermannus dixisset, tum vero in  
 Pontificii Sacramenti singulis fere litteris haerere, nihil  
 sani in quocumque verborum, nihil sincere conspiciere,  
 ubique metuere, ne veluti tendiculis deciperetur.

Quae in ea re tanta morositas aliorum quoque Russiae  
 Principum erat.

Archetii mansuetudine sua quadam, et patientia,  
 et obsequio eorum animos mitigare, in singulis eno-  
 clandis non parvam molestiam devorare, omnia aper-  
 te, ac dilucide explicare, illud praeterea dicere, sacra-  
 mentum, quod ita perhorrescerent, non fuisse nudius  
 tertius repertum, ut novitate sua displicere, aut suspici-  
 onem injicere aliquam ipsis debeat, sed a multis  
 jam etatibus usurpatum ab omnibus Catholicis  
 Episcopis: nec ex eo quidquam damni Respublicae  
 unquam fuisse, nec ullum eorum unquam minus  
 suo Principi obtemperasse, minusve suae Civitatis ser-  
 visse commodis, quo arctius jurejurando suam Pontifici Max.  
 fidem

Fidem devinxisset. Nempe ita se rem habere; uti Ponti-  
ficis Max.; qui Ecclesie regende sit a Christo prefectus;  
auctoritas minime eorum obstat auctoritati; penes quos  
cura sit moderande civitatis; ita nec que illi redolan-  
tur officia de eorum ratione officiorum; que alteri  
persolvenda sunt; quidquam detrakere. Vti vero usus ad-  
monnerit; societatem; quam cum ipsis; et cum republi-  
ca homines coivissent; sancendam; et firmandam deum  
esse; summo Dei numine advocato; et interposito; et si id  
antea ne cogitatum quidem fuerit; eandem Pontifici  
Max. rationem fuisse necesse inducere; quo conjunctio  
illa; communique interior; et propior; que Episcopis  
esse cum ipso debeat; nec disjunderetur unquam; nec  
dissueretur.

Ita Archetius contra illos pugnavit valentior; certe;  
non quidem rationibus; sed pertinacia; et viribus.

Qui tamen se loco moveri passi sunt. Itaque eadem  
quum aliquandiu deliberassent; ad extremum Archet-  
tio commentarium ab Imperatrice reddiderunt; in  
quo esset; remittere se jam Archetio; et concedere de  
eo sacramento; neque contra ejus summam venire.  
duo tamen postulare; ut in eo pretereantur; que cum  
166

sine statu civitatis omnino nequeant consentire. particu-  
 lam illam primum de Hæreticis, et Schismaticis perse-  
 quendis, et impugnandis, tum alteram de possessionibus  
 Episcopalibus nec vendendis, nec permutandis, nisi bona  
 cum venia Romani Pontificis. Ad hæc Imperatrix fla-  
 gitabat, uti Siestjencevicius dicto Sacramento illud  
 adderet, se propterea illa omnia esse pollicitum tanta  
 religione, ac professum, quod nihil eorum sciret pu-  
 gnans esse cum illis, quæ Imperatrix eadem religio-  
 ne adfirmasset.

Archetivius Letitiam cepit aliquam, ubi vidit ad tam  
 pauca redactam totam controversiam esse, gratulatus  
 que sibi est, quod non minimum suis sermonibus, et  
 disputationibus profecisset. Demonstravit Ostermanno  
 tamen, non sui arbitrii esse quidquam in eo mutare,  
 quod apud universam Ecclesiam Catholicam sit in more  
 positum, ac legis vim habeat, Pontificis Max. ad id au-  
 ctoritate opus esse, eo rem esse rejiciendam, obsecrare  
 se, ut Imperatrix hanc sibi potestatem faciat, ac æquo  
 animo patiat, si omnibus ipse interea actionibus  
 superest deat, dum a Pio VI. responsa expectantur. Spera-  
 re se, cum in hac quoque causa nihil non pro sua sin-  
 gulari

quam iustitia, facilitate, et humanitate decretorum.  
Post duos menses, initio anni MDCCXXXIV, littere sunt  
Archetio Roma adlate, in quibus eum Pius admo-  
nebat, uti temporibus, quando aliter fieri non posset,  
obsequeretur, non se repugnare quominus illo modo Sa-  
cramentum Siestrencewicis sibi diceret. Quibus ac-  
ceptis mandatis Archetius, haud sibi praestandum  
putavit uti tum diplomata sua, de quibus antea diximus,  
ederet, tum Siestrencewicis Pallium rite imponeret.  
Cui rei constitutus dies est festus Cathedrae S. Petri.  
Eo die incredibili in nostro templo fuit omnium or-  
dinum frequentia, ac pleraque nobilitas, multique  
Ruspum Principes eo confluerunt. Itaque Archet-  
ius nactum se tempus existimans publicae etiam  
adhortandi Ruspum, ut nabiscum se conjungerent, eam  
orationem, quam habuit tum, de Pallii natura,  
usu, et significatione ita conclusit: = Hic mihi  
= liceat, Ven. Frater (Siestrencewicium quippe adlo-  
= quebatur) animam meam effundere in Sinum tuum.  
= Quoties enim, in hac magnificentissima urbe, hujus  
= consideravi inclite, invictissimeque nationis ad cultum  
= divinum, sinceramque pietatem proclives animos, quoties  
Ruspum

77  
= Pastorum insignem probitatem, atque virtutum omnium  
= præstantiam contemplatus sum, toties mihi, obortis  
= lacrymis, exclamandum fuit: utinam tales quum  
= sint nobiscum omnino conjuncti essent. Atque ea  
= dem mihi tunc observabantur animo vota, quæ  
= quodam charitatis excessu, olim conceperat Paulus,  
= quum pro salute Fratrum suorum cupiebat esse ana-  
= thema a Christo: eadem etiam, quæ eadem charita-  
= tis excessu, olim conceperat Moyses, quum pro salute  
= sui populi dixit ad Deum: dele me de libro vite.  
= Ac certe quidem animam meam superimpendere  
= quam libentissime cuperem, ut hic divitionis meus,  
= antiquissimi illius veteratoris opus, qui semper in Ec-  
= clesia Dei frangita dissidia molitur, excitat, fovet,  
= tandem aliquando prostratur, proteratur, dissipetur.  
= Satis, opinor, intelligis, Ven: Frater, quid Sancta Mater  
= Ecclesia a te vehementissime cupiat, postulet, flagi-  
= tet. Equidem Divinissimum illum Spiritum, veræ pa-  
= cis, et concordie auctorem, et fontem, votis omnibus ad-  
= precari non desinam, ut fiant utraque unum, et om-  
= nes latini, Pruthenique eadem perfecta fide, eadem  
= beata spe, eadem sancta Charitate, unum simul  
= Que

73.  
Luz sic ab Archetio acta sunt, voce, oculis, gestu, et  
eorum, qui aderant, animi multum permoveri visi fue-  
runt. Luz oratio non solum Latina lingua, qua est pro-  
nunciata, sed gallice proterea, ac rursus conversa, typis  
fuit consignata, quo testis posteritati esset patrie Pii VII.  
erga Russos voluntatis.

Ex quo Imperatrix rescisset, nihil jam superesse impedi-  
mento, quominus Pallas amaretur Sigerzeancevicus, quin  
ei rei dictam esse diem, non cunctandum sibi esse vidit,  
uti fidem, quam Pio toties, Archetioque dedisset, de Po-  
loccensi Archiepiscopo, prestaret, ac diuturna utrumque  
cura liberaret. Itaque Ostermannus tum Archetio,  
Imperatrici verbis, renunciavit, sibi placere, uti He-  
rachijs Lissow<sup>ow</sup>skij Monachus Ordinis S. Basilii, de  
quo nos supra mentionem fecimus, qui triumvir adhaec  
fuisset Ecclesie Polocensi administrande, ei Archiepisco-  
pus proponeretur. Hic Archetius, gaudio pene exul-  
tans, quod videret illarum partium Catholicos, ex multa  
denum jactatione, portui adpropinquare, quam potuit  
amplissime suo, et Pii nomine, Imperatrici gratias egit.  
Tum eodem usus tabellario, qui eadem ipsa die, ad  
Alte Russis Praefectum proficiscebatur, Litteras Im-  
peratrici

peratricij deferens de <sup>soubli</sup> Lisswskii honore, ipse ad Ox  
<sup>Horbachii</sup> baskium Diviskit in ditione Polonie, Regij Episcu-  
pum, hominem certe animo, et virtute Episcopali pre-  
stantem litteras dedit, uti quo posset citius Polociam  
contenderet ad Lissowskium consecradum. Id enim  
unum restabat, quo certus illis esset rei Catholice  
status.

<sup>Horbachii</sup> Ox baskius, acceptis Schettii litteris, quum incredi-  
bi quodam Religionis amore flagaret, quam Polociam  
adfectam jam pridem gemeret, eo properavit, statim ut  
Frigit aliquanto remisit. Neque illud tempus est veritus,  
quo gelu, unde constiterint, illis in regionibus, flumina,  
vique sint opplete omnes, dissolvitur, quod solet tem-  
pus esse iter habentibus teterrimum. Itaque, nequam  
vix progressus, in morbum incidit, quem ille tamen cont-  
empsit, magis de rei catholice salute, quam de sua  
valetudine sollicitus, strenueque perexit ire.

Polociam quum venisset, quamquam vix morbi ingra-  
vesceret, non tamen Lissowskium sollemni ceremonia  
consecrare distulit, ex quo quidem vehementius cepit  
egrotare, ac post triduo consumptus est. Letus tamen  
ille abiit e vita, quod Catholicos Polocenses intueri  
deret

deret. Fuit ejus casus Luchasus Archetius, acerbus bonis  
omnibus. Sed tantum nimirum fuit catholicam Reli-  
gionem Policie, prope evertam stabilire, ut id vel sancis-  
sima alicujus viri sanguine redimendum videretur.

Dum hec pro Polonibus geruntur, Archetius Pii manda-  
ta etiam de Benislavskio curabat. Itaque quum ex pro-  
ductis, more majorum, testibus incorruptis, et integris,  
Archetius ~~Primum~~ ~~etiam~~ ~~de~~ ~~Benislavskio~~ com-  
perisset, in se in Benislavskio omnia, que ad episcopa-  
lem locum adsequendum requiruntur, diplomate eum  
suo Episcopum <sup>Pragensem</sup> ~~Pragensem~~ renunciavit, quem Sierozen-  
cevicus, in sua tanta gerenda Provincia adpitem  
adhiberet; eundemque Archetius ipse consueto Lati-  
norum Episcoporum ritu consecravit. VI. Id. febr. At  
eum Sierozencevicus in Archiepiscopatu Successorem  
designare omisit.

Quumquam enim Rome, apud Principes, hec invaluisset  
opinio, Imperatricem velle Benislavskio eum quoque  
honorem decerni, id tamen non eam curare Archetius  
coram perpexit. Sierozencevicus ipse negabat eade  
re Imperatricem jussisse quidquam, nec se aliter cogi  
posse dicebat, ut ei re adveniretur. Quia quum Archetius  
pro

pro sua humanitate, ejus diplomatis, quod proxime  
 commemoravimus, exemplum, antequam obsigneretur,  
 Bemslawskio ostendisset, ubi ne litera quidem de illius  
 jure, Successionis, eumque rogasset, sibi ne ejus diploma-  
 tis ratio placeret, ille adfirmavit. Ad quod Archetiius ita  
 est interpretatus, non plus illum sibi postulasse, quod ni-  
 hil sibi ultra debere sentiret. Commodissimum vero Ar-  
 chetiius existimabat, periculum antea facere ejus fi-  
 dei, priusquam illa amplitudine dignus pateretur,  
 cujus si esset cupidus, ad eam, preclaris actionibus ren-  
 tenderet.

His rebus gestis, de ea sibi lege per diligentem investi-  
 gandum, et cognoscendum Archetiius judicabat, quam  
 Imperatrix Catholicae imposuerat VIII. Kal. Febr. an:  
**MDCCLXXXII.** Quae quidem optandum fuisse, uti  
 abrogaretur. Sed nemo tam rudis, ignarusque rerum  
 id unquam a Catharina II. sperasset, praesertim, quam ni-  
 hil pretermisum fuerit, quo demonstraretur, ejus legis  
 summam vim esse debere. Non enim solum per sena-  
 tum lata, ac publicis locis proposita, sed Nobilioris  
 in ipso fuit templo recitata, sacris a Siergencewici  
 persolutorij presentibus omnibus Magistratibus Ci-  
 vilitatis

24.  
vitaty, ac militum Ducibus, cunctis præterea ordinibus, ac  
Frequentissimo populo. Itaque id vel unum consequi, uti,  
que minus tolerabilia essent in ea lege, corrigerentur,  
Saty hercule id erat magnum.

Aliud ejus legis præcipue Archetii animum pungebat,  
quo jubebatur, ut iis disceptationibus, que coram Episcopo  
haberi debeant, quoties persona aliqua seculari in jus  
adducatur, delectus unus a Magistratu Civitaty, iudex  
interit: tum ei, qui apud Episcopum causa ceciderit,  
provocatio ad Senatum datur. Qua ratione quidem  
libertaty omnis Ecclesie tollitur, quam ei Christus morte  
sua peperit; neque sperandum erat, uti pro sano un-  
quam aliquid fieret.

Quum de eo studiosissime que listet Archetius, invenit  
tamen, Summa sua cum voluptate, ~~Indignitate~~  
cium belle, torpem eam servitutem effugisse.

Nam illud jussum perinde accepisse, ac si de causis,  
que Spiritales a pro nos appellantur, nullo modo agant;  
tantumque sua industria effuisse, hæc ut interpreta-  
tio invaluerit; itaque nullum profanum adhuc ad  
earum controversiarum judicia adspicisse. Quam  
Archetius rationem uti munitionem redderet, in ma-  
trimoniorum)

trimoniurum prolestin causis, in quibus effrenata im-  
proborum libido nulli Sat vinculis coercetur, sanxit,  
ut Archiepiscopo de illis iudicium exercenti, in consi-  
lio adessent ii quatuor Canonici, quos Mohilowis, alter-  
nis tribus mensibus, commorari, sacraque legitima obi-  
re iusserat.

Aliud erat illa in lege, quod Archetius multum exhibe-  
ret negotii, quod Imperatrix nimirum statuebat, ut  
Mohilowensis Archiepiscopus summum teneret Beli-  
giosarum Familiarum omnium, apud se, magistrum,  
nec alter esset, nisi quem Archiepiscopus ipsis pro-  
pulsisset, obtemperarent. Atque trienni spatium, quo,  
uti supra dictum est, Pontifex Max. potestatem desi-  
niverat, Siestzenewicio in reliquas familias traditam,  
jam efflaxerat. Pium vero quum perituerit, quod  
eam potestatem semel ad Siestzenewicium detulisset,  
Archeuius, quod illi ea nunc esset  
proroganda: id quod nisi fieret, multo illud erat gra-  
uius, et acerbius, Siestzenewicium nisi pro se, in quo  
nullum ipsi justum esset imperium.

Archeuius post aliquot cum Russis Principibus contem-  
tiones, eis demum persuasit, equum esse, ut Siestzenewicij

cewicius ipse ob illam rem Pontifici Max. per literas supplicasset, tum non debere illos mirari, aut iniquius ferre, si eas Pius formulas suis adpositivis decretis esset, quibus caveret, ne inquam deinceps fraudem, ut antea, Nestroencewicius indueretur. Interim Archetius, quo ne opportunitatem, quae dabatur, amitteret, Nestroencewicio, quoad ei Pius responderet, concedendam existimavit, ut iis facultatibus in Religiosos Sordales, septimo ante. anno, a Pio acceptis, pergeret uti, hac exceptione tamen, ut eas modo intelligeret Religiosos Sordales esse, quos eo numero in presentia habent Pontifices Maximi, nam reliquos, quicumque sint demum, qui in Regia Alba versantur, Episcopali auctoritate, et jurisdictione, natura ipsos sua contineri, sic ut nullum propterea, prorsum Pontificis Max. jussum sit requirendum. Quod Archetii Decretum tum Nestroencewicio ipsi, Russique Principibus probatum fuit, tum illud Pius est suo Decreto, totidem fere verbis sequutus.

Tertium erat reliquum ea in Catharinae Sige, rei in Russia Catholice admodum perniciosum, quo nempe vetabatur, ne externi deinceps Sacerdotes, ad excedendos Catholicos, in Russiam arceberentur, aut admitterentur, atque

Archiepiscopus

Archiepiscopo precipiebatur, uti eos solum ad illam  
 rem adhiberet, qui in Prussia vel nati, vel civitate do-  
 nati essent, ceteros excluderet omnes, atque adeo exten-  
 deret. Sed neque ex Prussia haberi tanta sacerdotum  
 copia poterat, quanta posterorum numero sufficeret.  
 Tum vero, quum nos in Prussiae finibus dispersi, partim  
 Itali Sicut, partim Galli, partim Hispani etiam, aut Lu-  
 sitani, aut Germanique esset, nimirum vel questus, vel  
 honoris cupiditas domo evocasset, remio, nisi qui ejusdem  
 sit loquax, ejusdem ingenii ac sensus, eorumdem morum,  
 quos diversos in diversis Nationibus perspiciamus, potest  
 ex quibus profecto Sacerdotis, Curatorisque animarum.  
 Officio Junge, et manere.


Si de causa Archiepiscopi in id omni cogitatione,  
 ac studio incumbendum putavit, ut ea legis pars tolle-  
 retur. Itaque Principum Prussiae antea, et Imperatori-  
 cis Administrationum animis, oratione permulsi, commo-  
 narium in eam rem, accurate, Subtiliterque scriptum  
 ipsi Imperatrici reddidit, quod quidem illa ubi aliquandiu  
 considerasset, denique est a proposito deterrita. Itaque  
 novam per Senatuum etiam, legem tulit. uti Archiepi-  
 scopo Mohiloviensi liceret, quoscumque sacerdotes re-  
 cessuros

cessarios doceret Catholicorum Saluti, et commodo, eos  
 et quibuscumque alienis Civitatibus evocare, atque il-  
 lorum iis curare permittere: eidem potestas dabatur, uti  
 duos, aut tres pueros Armenios Leopoli indentidem  
 mitteret, in Collegio Pontificis Max. erudiendos. Nam  
 id quoque eo commentario Archiepiscopus petierat, ut  
 Armeniis quoque nostris, qui in Prussia ditione  
 sunt, de sacerdotibus tempore prospiceret. Hec tanti  
 visa sunt, ut Catholicorum Civitatum omnes Petropoli  
 Ministri ad Archiepiscopum gratulatum convenerint.

Hec fere sunt quae Archiepiscopus Petropolites  
 sit, annum ibi commoratus. Cum inde revertentem in  
 itinere Pius VI. Cardinalem creavit. Quae verisimiliter  
 commentariis breviter sumas persequati, haud multo  
 nobis Spatio ad scribendum dato, ea uberius  
 deinceps, si vita suppeditet, enarrabimus.







Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :



ul. Ostatnia 17

60-102 Poznań

[www.digital-center.pl](http://www.digital-center.pl)

[biuro@digital-center.pl](mailto:biuro@digital-center.pl)

tel./fax (0-61) 665 82 72

tel./fax (0-61) 665 82 82